



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



N. i. 154

0 56000 RB5

ASHMOLEAN LIBRARY
OXFORD

—
Ex Libris

EDUARD FRAENKEL
Corpus Christi Professor of Latin, 1935–53
—
1970

Ed. Traubel

Elmris ^gHritschel. B.

1883. No. 100k.

Opt. e. and. 24/

24

N. ~~484~~



Ed. Fraenkel

EURIPIDIS TRAGŌEDIAE.

AD FIDEM

MANUSCRIPTORUM EMENDATAE

ET BREVIUS NOTIS

EMENDATIONUM POTISSIMUM RATIONES
REDDENTIBUS INSTRUCTAE.

IN USUM STUDIOSAE JUVENTUTIS.

EDIDIT

RICARDUS PORSON A. M.

GRÆGARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES PROFESSOR.

TOMUS I.

HECUBA. ORESTES. PHŌENISSAE. MEDEA.

EDITIO IN GERMANIA ALTERA CORRECTOR ET AUCTIOR
INDICIBUSQUE LOCUPLETISSIMIS INSTRUCTA.

LIPSIÆ

APUD GERHARDUM FLEISCHER JUN.

1807.



P R A E F A T I O

A D

H E C U B A M.

Quid in hac Euripideae Hecubae editione praestare III
conatus sim, paucis exponam. Nihil hic exquisiti
aut reconditi expectandum; tironum usibus haec *in spectabilem*
opella potissimum destinata est.

Primum hoc operam dedi, ut textus, si non
omnino emendatus, plerisque saltem ceteris editio-
nibus purior exhiberetur. Deinde editoris officium
esse judicavi, nihil, nisi monito lectore, novare;
praesertim, si qua ex conjectura lectio admittenda
videretur. Quocirca editionis Aldinae lectionem sem-
per memoravi, nisi forte paucis in locis, quae ad
communem errorum fontem pertinerent, cujusmodi
est Dorismus iste *μάτης* pro *μήτης*, et terminatio-
nis *s* sive *iv* additio vel detractio.

Quod ad varias lectiones attinet, plerasque
praeterquam aperte vitiosas, enotavi; sed auctori-

tates, quibus singulae nituntur, non semper curiose enumeravi; propterea quod modo non erat tanti, modo tam negligenter in hoc munere versati erant ceteri editores, ut testimonia MStorum neque accurate numerari neque ponderari possent. Quotiescunque Euripidis loca ab antiquo quopiam scriptore cum varietate lectionis laudari memineram, sedulo monui. Hujus rei insigne exemplum reperies versu 574.

- IV. In vocibus per crasin conjunctis, ut *καῖτι, καῖν, καῖν* (i. e. *καὶ ἐν, καὶ ἄν*) et similibus scribendis, rationem a vetustioribus MSS. servatam diligenter secutus sum. Iota scilicet nusquam addi oportet, nisi ubi *καὶ* cum diphthongo crasin efficit, ut in *καῖτα* pro *καὶ εἶτα*. Hoc post alios monuit Dawesius. (A)

Ἄει, Piersono jubente, Brunckio non nolente, semper sine diphthongo scripsi, idem facturus in *ἀετός, κλάω* et *κάω*. (B)

Brunckius secundas futuri passivi indicativi personas in *ει* semper, non in *η*, terminavit; secundas etiam praesentis ego ad eandem formam reduxi. Analogia nempe postulat, ut vocalis corripiatur in indicativo, producatur in subjunctivo, *τύπτομαι, τύπτει, τύπτεται, τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται*. Neque causae quicquam est, quare codicum auctoritas objiciatur. In his enim rebus nulla est codicum auctoritas. Satis constanter *ει* pro *η* praebent Aristophanis editiones. Pauca tamen loca sunt, ubi

altera terminatio in aliquo MS. non exstet. Contra apud Tragicos non raro diphthongum *ei* pro *η* offerunt MSS. Quod si in hac re et similibus aliquoties aut meo aut typoshetarum errore peccatum est, ignoscet aequus lector, secum reputans, quam facile et mentis et oculorum acies huiusmodi minutiis examinandis hebetetur. Hujus regulæ meipsum oblitum esse video v. 255, ubi *κακύνει* adeo reponendum in addendis monui, et nunc reposui. (C)

In Hecuba, ut a me edita est, neque omissi verborum augmenti, neque admissi in paribus senariorum locis anapaesti exemplum occurrit. Locus unicus, qui priori licentiae in hoc dramate favet, ab ipso Brunckio, acerrimo alias hujus licentiae vindice, emendatus est. Et cum rarissima omnino sint talia exempla, quorum tria in Bacchis, corruptissima pehe omnium fabula, reperiantur, plane persuasum habeo, non licuisse in Attico sermone augmentum abjicere. (D)

Altera quaestio, quod ad Hecubam attinet, non minus faciles explicatus habet. In neutro enim duorum exemplorum, ubi anapaestum admisit aut retinuit Brunckius, omnes consentiunt MSS. In altero, v. 788, lectio ejus uno tantum codice nititur. In altero, 385. (*ταῦνομα* pro *ὄνομα*) satis auctoritatis pro *ὄνομα* stat, si auctoritas in re tantilla desideraretur, (E)

Brunckius, qui anapaestos in secundo et quarto senarii loco subinde defendit, fatetur tamen Tragi-

cos hanc licentiam, quantum poterant, vitasse. Quidni igitur semper vitarint? An volebant, et tamen nequibant? An casu et incuria eos has maculas fudisse arbitramur? Adde quod MSS. auctoritate, scriptorum citationibus, et criticis argumentis exemplorum, quae in hanc partem laudari solebant, numerus jam valde imminutus est.

Aliam ipse rationem adjicio, quae si vera est, omnes, opinor, anapaestum paribus senarii locis semper excludendum esse ultro agnoscent. Hanc rationem, non plane quidem novam *), plerisque tamen ignotam, quam brevissime explicabo. Tantum scilicet abest, meae sententiae, ut anapaestus pro secundo aut quarto pede ponatur, ut ne pro tertio quidem aut quinto substitui possit. Hoc de tertio pede si quis verum esse concedet, concedet a fortiori, ut Logici dicunt, de quinto etiam verum esse. Dactylus enim, qui in tertia sede creberrime usurpatur, in quinta nunquam apparet. Anapaestus igitur, si illa excluditur, hanc intrare non potest. Jam loca, quae huic doctrinae adversantur, tam pauca sunt, tam facilia emendatu pleraque, ut si unus et alter forte supersint, quibus nos mederi nequeamus, non idcirco sana judicanda sint. Equidem omnia, quae regulae nostrae contraria observavi, aut sanare, aut adversariis eripere posse vi-

*) Timide proposita est ab amico Morelli in Tractatu ejus de Graecorum Metris ante Thesaurum Graecae Poëseos. (Dactylum in quinta Tragici senarii nunquam occurrere, ibidem observavit Morellus.)

deor. Ea quae Euripideae fabulae suppeditant, singula, ubi occasio postulabit, examinabo. Quotquot in Aeschylō et Sophocle occurrunt, hic subjiciam.

Aeschylus Prometh. 246. Καὶ μὴν Φίλοις ἔλπει
νός εἰσορᾶν ἐγώ.

Agam. 664. Ἡρεῖκον· αἱ δὲ κερωτυ-
πούμεναι βία.

Choëph. 421. Ἐκοψε κομμὸν Ἀρεῖον,
εἶτε Κισσίας.

654. Εἴπερ Φιλόξενός ἐστιν,
Αἰγίσθου βία.

Eumen. 896. Πάσης ἀπήμον' οἰζύος·
δέχου δὲ σύ.

Suppl. 800. Πρὸς ὃν νέφη δι' ὑδρηλὰ
γίγνεται χιών.

apud Plutarch. de Consolat. p. 106. C.
Ὅσπερ μέγιστον ἴαμα τῶν
πᾶλλων κακῶν.

Sophocles Ajax. 524. Οὐκ ἂν γένοιτό ποθ' οὗτος VII.
εὐγενὴς ἀνὴρ.

Oed. T. 248. Κακὸν κακῶς νιν ἄμοι-
ρον ἐκτρίψαι βίον.

Philoct. 1288. Πῶς εἶπας; οὐκ ἄρα
δεύτερον δαλούμεθα;

apud Hesych. v. ἀντίπλαστον. Τὸν
ἀντίπλαστον ἔχει νόμον κε-
κμηκότων.

Horum exemplorum aliqua, quae videntur esse, non sunt verae exceptiones. In Prometh. 246. ἔλσεινός verbum est Atticis ignotum, qui semper ἔλσεινός usurpant, alterum ne extra quidem iambos et trochaeos. Et tamen quam multo commodius anapaestico vel dactylico metro aptatur vox quadrisyllaba, quam trisyllaba? Trisyllaba est in dactylico metro Sophocl. Philoct. 1130. Ἡ που ἔλσεινόν ὄρᾳς, Φρένας εἴ τινας, in anapaestico Aristoph. Ran. 1095. ῥᾶκι ἀμπίσχων, ἴν' ἔλσεινοί, in hēroico Homeridaē Hymn. in Cerer, 283. (264.) Τοῦ δὲ κασίγνηται Φωνὴν ἐσάκουσαν ἔλσεινήν. Imperiti scribae, quibus nulla fere metri species, praeter Homericam, cognita erat, tantum non omnes Atticas formas in Ionicas mutarunt, ceterorum metrorum securi. Ne longe abeam. Frequens est versus iambici clausula, ὦ μέλε. Verum in hac clausula, ubi librariorum licentiam metrum compescere debebat, MSS. non raro dant, ὦ μέλεε, aut corruptius etiam, ὦ μέλαιε. Porro Atticae linguae analogia hanc scripturam flagitat. Ut enim a δέος formatur δεινός, ut a κλέος κλεινός, sic ab ἔλεος formatur ἔλσεινός. Ut nunquam δεινός, κλεινός usurpant Attici, sic nunquam ἔλσεινός usurpant *). (F) In Agamemnone simili errore peccatur. Orthographicae rationes metro labanti succurrunt. In compositis a κέρως nunquam ω admittitur, sed aut κέρως servatur integrum, quod fit ante labiales β et φ; aut nunc ultima syllaba abjicitur a veteri genitivo κέρως (κε-

*) Eadem est ratio adiectivorum πετεινός et πετεινός. Hoc poëticum est, illud Atticum.

σταλής), nunc ultima litera a veteri nominativo κέρως. Dicunt igitur Attici κερσβάτης, κερσόδετος, κερσουλκός, κερσφόρος, et propterea κερστυπεῖν. Rariora sunt, probae tamen notae, κερσάσβολος (ex Platone satis notum) et κερσασφόρος, quod exstat Euripid. Phoeniss. 255, et in fragmento Sophoclis apud Aelian. N. A. VII. 39. Ἄρασα μυκτῆράς τε καὶ κερσασφόρους Στέρθυγγας εἰς Φ' ἔκηλος. Versum ex Euripidis Oreste 268. Δὸς τόξα μοι κερσουλκᾶ, citat Suidas v. κερσβάτης, ubi male priscam lectionem παρ' Εὐριπίδῃ Kusterus, licet ex MSS., in παροϊμία mutavit. Similiter in compositis a κέρως se res habet. Nunquam enim κερσωδαισία, κερσωκοπεῖν, κερσωπώλης, κερσωστάθμη dicunt Attici, sed brevem semper vocalem adhibent. Et ne quis objiciat, editos libros hanc legem saepe migrare, sciât lector nusquam haec aut similia verba apud Pollucem occurrere, quin in uno saltem MS. ο pro ω substituat. Diversa forma est κερσωνομία, pro qua apud Pollucem I. 34, et Clementem Alex. Protr. p. II, 17, male scriptum est κερωνομία. Sed, ut redeat, unde digressa est oratio, Wasenius ad Thucyd. II. 84. hunc Aeschyli locum laudans, κερστυπούμεναι scribit, iudicio an errore, nescio.

Choëph. 421. Vel transpone, Ἐκοψ' Ἄρειον κομμόν, vel lege, quod sententiam melius connectit, Κομμόν δ' ἔκοψ' Ἄρειον.

654. Cum Aldus et Robortellus ediderint Φι- IX
λόξεν' ἔστιν, levi mutatione legendum, Φιλοξένη
'ἔστιν. Hujus erroris similem [non raro admisere li-

brarii, nescii scilicet longam vocalem elidi non posse. Dederunt igitur *γράμ' ἔστι, χρεῖ' ἔστιν, Ἑρμ' ἐμπολαῖς*, cum *γραμμή' ἔστι, χρεῖα' ἔστιν, Ἑρμᾶ' ἐμπολαῖς* debuerant. Fatendum est quidem Atticos huiusmodi nomina plerumque generum duorum communia facere. Non semper tamen hanc regulam servant veteres. Theognis in ipso initio: *Ἄρτεμι θεροφόνῃ*, quod imperite Brunckius mutavit; *πολυξέαν Αἴγιναν* dixit Pindarus Nem. III, 3. *πολυξέιναι νεάνιδες* apud Athenaeum XIII. p. 574. A.

Eumenid. 396. *Πάσης ἀπήμεν' οἷζος' δέχου δὲ σὺ*. Attici semper *οἷζος* dixerunt, non *οἷζος*, *οἷζος*, non *οἷζυρός*; quod monuit Piersonus ad Moerlin. Eodem modo dixerunt *οἷς*, *οἷστος*, *Οἰκλῆς*, *Οἰλευς*, quanquam in vulgatis libris has voces sine punctis diaereseos haud temere offendes. Aldina vero Aeschyli editio *οἷζος* recte habet. In Euripide usque ad hunc diem semper editum est *οἷστος*, contra versus metrum, contra grammaticorum auctoritatem. (Vide ad Med. 634.)

Suppl. 800. Recte Aldus et Robortellus, *νέφθ' δ' ὑδρηλά*.

In fragmento legendum *μέγ' ἔστ' ἱάμα*, quomodo, quod mirere, correxit Grotius *), Excerpt, p. 55.

*) Correxit Grotius e Scaligeri emendatione.

Nunc ad Sophoclem veniamus. In primo loco nemo non videt, quam inconcinne istud ποτε ponatur, quam in pronunciendo prorsus obscuretur. Cum vero nihil mendi in singulis verbis haereat, cogitandum est an commodam transpositionem metro succurri queat. Et hoc quidem tot modis fieri potest, ut propter copiam difficilis sit electio. Legi nempe potest

vel Οὐκ ἄν ποθ' οὗτος εὐγενής γένοιτ' ἀνὴρ.

vel Οὐκ ἄν γένοιτ' ἀνὴρ ποθ' οὗτος εὐγενής.

vel Οὐκ ἄν γένοιθ' οὗτός ποτ' εὐγενής ἀνὴρ.

Et huic ordini quodammodo favet Suidae *μνηστis* editio Mediolanensis, quae ποτε omittit. Sed omnes numeros implet Suidae MS. in Collegii Corporis Christi Bibliotheca apud Oxonienses servatus, modo levis et solennis error corrigatur, legendo Οὐποτε pro οὔπω.

Οὐποτε γένοιτ' ἄν οὗτος εὐγενής ἀνὴρ. (G)

Oed. Tyr. 248. Dignus qui exscribatur, integer locus:

Κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις

Εἷς ὦν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα,

Κακὸν κακῶς μιν ἄμοιρον ἐκτρέψαι βίου,

Cum pronomen sit non omnino necessarium, expungendum facile quis conjiciat, et conjecit Joannes Burtons. Verum ne illos videar imitari, qui

scrupulum injectum quocunque modo eximere cupiunt, fateor *vin* hic tam eleganter addi, ut quamvis aliam medicinam adhibere malim, quam illud expungatur. Et defenditur simillimo loco Trachin. 287. ΑΥΤΟΝ δ' ἐκεῖνον, εὐτ' ἂν ἀγνὰ θυμάτα
 'Ρέξῃ πατρώῳ Ζηνὶ τῆς ἀλώσεως, Φρόνει ΝΙΝ ὡς
 ἦζοντα. Sed levi opera res peragenda, et unius
 literulae jactura reponendum ἄμωρον, quae vox oc-
 XI currit Euripid. Med. 1395. ἄμωρος habet Sophocles
 Philoct. 182, et tandem Euripides Hec. 425.

In Philoctete aut mutato duarum vocularum ordine lege, ἄρ' οὐ, aut dele particulam negantem. Sed illud, opinor, verius. Quanquam in hisce interrogandi formulis negantem particulam pro arbitrio vel addunt vel omittunt Tragicæ. Oed. T. 822,
 ἄρ' ἔφυν καπός; Ἄρ' οὐχὶ πᾶς ἀναγνος;

In fragmento νόμον ἔχει quisvis legendum viderit.

In choris et melicis systematibus, quae librarij et editores pro arbitrio distribuunt, duas sum potissimum regulas secutus. Primo curavi, ut quodque carmen ad nota et lyricis poetis usitata, si facile fieri posset, versuum genera redigeretur; deinde, ut eadem aut similis versuum species quam saepissime recurreret. Hujus divisionis exemplum vide in hac fabula 937. 938. 942. Ejus generis versus plures in primo Ajacis Sophoclei choro reperiuntur. Optandum quidem erat, ut Strophæ Antistrophe ubique accurate responderet. Sed cum li-

brarii in facillimis metrorum generibus toties et tam turpiter peccarint, quid in paullo reconditioribus fecisse putabimus, praesertim ubi ad metri difficultatem styli obscuritas accedat? Cautius igitur in hac parte me gessi, et quaedam intacta reliqui, in quibus tamen errorem latere posse suspicatus sim. Hoc semel observandum est, nihil tam frequenter in librariorum cadere, quam verborum ordinem immutare. Hunc errorem illi quidem, ubi animadvertunt, aliquando literis numeralibus indicant. Sed has notas ii, qui postea codicem exscribunt, dum ad finem operis properant, saepe negligunt. Tutissima proinde corrigendi ratio est, vocularum, si XII opus est, transpositio.

Licentiae, quam in dialectis sibi permisere Tragicis, fines accurate constituere perdifficile est; Ionismos tamen quosdam adhibuisse, sed parce et rario, extra controversiam est. Dixerunt utique ξένος et ξείνος, μόνος et μῦνος, γόνυατα et γούνατα, κόρος et κοῦρος, δορί et δουρί. Plures vero ex Homero invexit librariorum inscitia. Dialecti Doricae, choris usitatissimae, ratio paullo facilior est, nec tamen omnino certa. Nulli enim codices, ne optimi quidem, Doricas formas in melicis constanter retinent. Sed hanc regulam servandam putavi, ut eas, ubicunque vel unus modo non pessimae notae codex praeberet, in textu reponerem. In plerisque enim MSS. ubi in contextus serie Dorica forma exstat, Attica vel communis superscripta est. Hanc igitur scribas quoties alteri praetulisse credibile est?

Praeter Aldi editionem, cujus lectiones plerasque memorandas putavi, utpote ex MSS; fere expressas, usus sum Barnesiana, Kingiana, Musgraviana, Brunckiana, Beckiana: Kingius multa loca ex MSS. correxit, sed iudicio parum acri, et de emendationibus suis lectorem raro certiore facit. In re metrica multum se jactat, et Scholiastarum auctoritate, quae nulla est, versus choricos disponit. Interdum ex conjectura mera eaque fallaci, textum interpolavit. Versum 420 post 418 posuit et 421 delevit. Hunc errorem Thomas Morellus, qui Kingii editionem repetivit, sustulit; sed ipse; XIII ut fidem et iudicium hominis agnoscas, codicum descriptionem, quam dederat Kingius, omisit; et vi 584. pro *τοιὰδ' ἀμφὶ σῆς λέγον*, audacter, sed tacite, edidit *τοῖς ἀμφὶ σῆς λόγος*. Cum notam ad hunc locum scribebam, editionem tantum Morellianam praesto habebam. Immerito igitur Kingium culpavi, satis alioqui culpabilem. Lector benevolus errorem meum condonabit et corriget. Cum vero tot MSS. adhibuerit Kingius, editionem ejus, licet cautè, consulere oportuit, ut eorum lectiones indagarem. In quo opere adjutus sum duobus codicibus conferendis, quibus ipse Kingius usus erat: Utriusque copiam Regiae Societatis humanitate nactus sum. Horum alterum Kingius optimum Reg. Soc. codicem vocat. Verum is, quanquam non omnino inutilis, longe ab optimo distat, et valde recens est, utpote anno demum 1490 exaratus. Tres priores continet fabulas. Alter quoque totidem habet; sed initio et fine nunc mutilus est, et censum plus minus annis priori antiquior videtur. Gri

ricam subinde exercere vultit scribā; varias enim lectiones nunc in margine, nunc inter versus aspersit, quas, quoties dignas iudicavi, quae commemorarentur, cum lectore communicavi. Usus sum praeterea MS. Harleiano 5725, et ipso recenti. Hunc in Notis H voco, Kingii *optimum* scilicet K, alterum R. Verum omnes fere Codices parum ab antiquitate commendabiles sunt; et quo frequentius describuntur, eo gravius interpolantur.

Interpretandi et illustrandi labore, utilissimo sane, supersedendum duxi, partim ne libellus in librum excresceret. Loca tantum quae Latini imitati sunt, prout memoria suggessit, adscripsi. Raro sum interpretis munere functus, nisi ubi cum critici officio conjunctum esset. Sin autem in ulla re justo parciore visus fuero, in sequentibus fabulis, si quas posthac edidero, hoc vitium emendare annitari. Hoc enim monendus est lector, ceteras Euripidis fabulas ordine vulgato singulas mox prodituras, si modo hoc specimen reipublicae literariae non displicere intellexero. Si opus ad finem perduxero, addam observationes quasdam in variā Scenicorum Poëtarum metra.

P. S. Cum plures postea MSS. contulerim, eorum Index Argumentum sequetur.

SUPPLEMENTUM
AD
PRAEFATIONEM.

xv Sic fere ante annos quinque praefatus sum, cum Hecubam Euripideam, velut editionis novae specimen, ederem. Nuper vero, cum Viri doctissimi atque humanissimi, quibus Typographi nostri cura demandata est, dignam operam meam judicassent, quae ex praelo inclytæ Academiae nostræ exiret, hoc saltem facere enisus sum, ut hanc nimis fortasse benignam eorum opinionem non omnino fallerem. In notis igitur quaedam addidi, aut mutavi; nihil autem prorsus delevi. Quaecunque momenti alicujus esse putavi, seorsum imprimenda curabo, ut ii, qui priorem editionem possident, quam minimo pretio secundae bona, si qua tamen bona insunt, sibi comparare possint. Quod in fine praefationis pollicitus sum, sed tempore non praestitutum, partim hodie repraesentare conabor, ut scilicet de Scenicorum Graeciae Poëtarum metris quaedam dissendenda suscipiam. Hos vero cancellos mihi ipse circumdabo, ut ne extra iambicorum, trochaicorum, atque anapaestorum limites egrediar. Quod tamen priusquam facio, pauca quaedam, quae brevius dixi, paullo explicatius, si potero, tradam.

(A) *A vetustioribus MSS.* dixi; quoniam circa XVI finem, ut arbitror, saeculi decimi tertii iota subscribere coepere librarii, quod antea vel adscriptum erat, vel omissum. Duae nempe erant Grammaticorum sectae; haec iota dativis et infinitivis addebat, illa omittebat. Sed in hoc omnes vetusti MSS. consentiunt, etiam ii, qui constanter *μούσῃ* et *δραῖν* retinent, ut *κάν*, *κᾶπείτα* et similia litera ista semper careant.

(B) Nescio cur miretur quis, quod vocalem in *ἀει* communem esse statuerim, cum idem fiat in *ἰῶμαι*, *ἰατρὸς*, *λίαν* et aliis. Gravem in re levi errorem admisit Valckenaerius, cum ait, Diatrib. p. 65. loca omnia Euripidis, ubi priorem producit *λίαν*, facillimam medelam admittere. Imo ipse locus, quem citās, Vir summe, nullam medelam admittit. *Γύναι, τό, τε λίαν καὶ φυλάσσεσθαι φθίνον.* Quam ex emendatione addidisti, particula *τε*, (vel *γε*) si in MSS. omnibus reperiretur, eijcienda esset; quippe quae nunquam secunda pedis trisyllabi syllaba esse possit. Dixit quidem Menander apud Stobaeum CXVI. p. 475. *Ἡμῶν τόγε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ* dixit Alexis apud Athenaeum VI. p. 237. C. *Νοεῖς τό, τε γένος καὶ τὸ πρᾶγμα; καὶ μάλα.* (sic enim legendum.) Sed ab hac licentia prorsus abstinuere veteres; semel tantum senarium ab *ὥστε μετέχειν* inchoavit Aristophanes Plut. 345. semel ab *οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς 410.* sed et haec rarissima sunt. Quod vero dixi de particulis *τε* et *γε*, neutram posse secundam pedis syllabam fieri, id de senario accipe. Adde quod neutra

Euripid. Person. I.

b

in trochaico versu pedis trisyllabi prima esse potest.
XVII Sed ut ad αἰεῖ redeam, aptissimum ex MS. Etymologico apud Koen. ad Gregor. p. 160. locum citavit Hermannus *) Praef. p. 23. cujus ultima, ut insanabilia, praetereo; priora proculdubio sic legenda: Ἰστέον ὅτι ἰβ Φωναί εἰσι τοῦ αἰεῖ. ἔστι γὰρ αἰεῖ καὶ αἰέν καὶ αἰῆς ποιητικῶς καὶ αἰεῖ συνεσταλμένον [καὶ αἰεῖ ἐκτεταμένον] καὶ αἰ (ut recte Koenius) παρὰ τοῖς Διολεύσι. Suidas. Ἀεῖ. τοῦτου ια Φωναί.

(C) Esto, ut τύπτει in τύπτῃ ac τύπτει pari jure contrahere potuerint Attici, utram contractionem putas praelaturos? Certe eam quae modos diversos distingueret.

(D) Debueram fortasse χρεῖν exciperé, quod non minus quam ἐχρεῖν in Scena Attica occurrit, etiam apud Comicos, quomodo, ut uno exemplo contentus sim, Hermippum Athenaei VIII. p. 344. D. Τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν χρεῖν, πέμπειν δὲ Νόθιππον ἐν ὄντα. Sic recte Aldi editio, male recentes ἐχρεῖν. Quod ait Brunckius, quaedam esse verba, quibus solenne sit augmentum abjicere, verba ea, quae augmentum nunquam habuere, abjicere non possunt. Attici semper dicunt ἄνωγα, nunquam ἤνωγα, sed augmentum plusquam perfecti tempori reservant, Oed. C. 1598. Similis est ratio in καθεζόμεν, καθήμην, καθεῦδον, quibus augmentum non praeponunt Tragici, Comici pro arbitrio

*) Euripidis Hecuba. Gorthofrédi Hermannii ad eam et ad R. Personi Notae Animadversiones. 8vo. Lipsiae 1800.

vel praeponunt, vel abjiciunt. Erravit igitur Brunckius ad Aesch. Prom. 229. Soph. Oed. C. 1597. Duplex aliquando augmentum admisere, ut in ἡνεσχόμην, ἀνεσχόμην, quorum utrumque Tragicis familiare; sed ἡνεσχόμην, quod Sophocli, Aristophani et Platoni obtrudere conatur Piersonus ad Moërin p. 176. Brunckio assentiente, mera est barbaries. Aldus et membranae ἡνεσχόμην, Scholia vetera ἡΙΣΧΟΜΗΝ. Codices quidam ἰσχόμην, satis recte, nisi rectius praeberet Eustathius ἔσχόμην ad Il. E. p. 529, 18=400, 52. Nimirum, cum semel ἰσχόμην in ἡσχόμην, quod pro varia lectione praeberet Eustathius, corruptum esset, inde provenire ista portenta, ἡίσχόμην, ἡνεσχόμην, et quid non? Aristophanis versus mendosus est. MSS. aut ἡνεσχόμεθα aut ἡνειχόμεθα habent, quanquam silent Brunckius et Invernizius, qui e Kusteri interpolatione ἡνεσχόμεθα retinent. In Platonis Charmide p. 162. D. HSt. ἡνέχετο merum est editionis Francofurtanae typographi erratum, qui simplicem χ litteram pro nexu χ posuerit. Ceterae enim omnes recte ἡνέσχετο.

(E) Cum de hac quaestione tot aliae pendeant, visum est rem paullo altius repetere, et praecipuas versuum iambicorum, trochaicorum, et anapaesticorum leges semel memorare.

Senarius iambicus, sive trimeter, ut notum est, sex iambis, si priori nomine uteris, constat, tribus metris, sive dipodiis, id est, diiambis, si posteriori. Et hic est perfectus senarius, vel trimeter,

Πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον.

Ἐπεξέπεμψεν οὕτω γὰρ φέρειν ὄπλον.

XIX Sed cum res esset immensi operis, et certe ab isto versuum genere, quod sermonem quotidianum quodammodo exprimere debebat, alienissima, pu-
ros senarios scribere, duas licentias excogitabant Iambographi; priorem scilicet, ut spondeum in imparibus locis admitterent, alteram, ut pro iambo tribrachyn, utpote temporibus aequalem, substituerent: sed has licentias veteres isti Iamborum scriptores, Archilochum dico, Solonem et Simonidem, parcius sibi indulgebant; multo frequentius Tragici; Comici denique, quibus propositum erat, non solum familiarem, sed etiam familiarissimum sermonem imitari, laxissimos aliquando numeros admitterant.

Tragici igitur, praeter iambum et tribrachyn, quos cum paribus locis communem habebant, spondeum etiam in primo, tertio et quinto usurpabant. Postea hunc spondeum in primo loco, prout res ferebat, vel in dactylum vel in anapaestum dissecabant, in tertio loco tantum in dactylum, in quinto neque in anapaestum neque in dactylum. Ac de dactylo quidem res adeo expedita et facilis est, ut vix tria exempla reperiantur, quae huic regulae ob stare vel videantur. Euripidi quidem tribuunt Viti docti, tanquam Hippolyti verba, a Zenobio, Diogeniano, Suida et Apostolio in proverbiorum numerum relata, sed nusquam pro Euripidels citata, Ἀκαί-
ρος εὖνοι' οὐδέν ἔχθρας διαφέρει. Et poterant esse

verba Phaedrae ad nutricem; Scholiastes enim ad Hippol. 602. ait: καὶ ἔστιν ὁμοία τῇ παροιμίᾳ, Εὐ-
 νοὶ ἀναιρὸς οὐδὲν διαλλάσσει ἔχθρας. Sed cujus-
 cunque est, certe neque Euripidis est, neque Tra-
 gici cujusquam. Alter locus Euripidis inter fragmen-
 ta a Barnesio et Musgravio collocatus, exstat apud
 Stobaeum CXVI. p. 477. Τηρεῖν μὲν ἑτέρους οἱ γέ-
 ροντες δυνάμεθα, Ἡμεῖς δ' ἀπολαύειν ὧν ἔχουσιν,
 οἱ νέοι. Quis vero nescit, quoties margo Stobaei in XX
 nominibus erret? Aut quis haec esse Comici cujus-
 dam verba dubitet? Versus solus, quem in fabulis
 integris superesse credo, occurrit Iph. A. 1632. Χρὴ
 δέ σε, λαβοῦσαν τόνδε μόσχον νεογενῆ. Quanquam
 spurium esse hunc versum credo, non tamen de
 interpolatore ipso adeo male censeo, ut putem eum
 ita scripsisse. Legendum εὐγενῆ quivis viderit. Ne-
 mo autem a me postulabit, ut emendationes Viro-
 rum doctorum, quae huic regulae adversantur, re-
 fellam; satis enim superque se ipsae refellunt. „Sed
 Comici hanc regulam saepissime violant.“ Certe.
 Atque haec ipsa res eam a Tragicis servari probabile
 reddit. Sed de Tragicorum et Comicorum versuum
 discrimine plura sum infra dicturus. Quod si dacty-
 lum, qui in prima et tertia sede non infrequens
 est, quinta semper excludere Tragicum, si etiam ana-
 paestum in tertia sede vitarunt, consequens esse
 putabam, ut anapaestus e quinta semper exulare
 deberet. Potueram eadem opera loca omnia colligere
 et examinare; sed brevitati imprimis studebam; re-
 gulam igitur meam de tertio senarii pede stabilisse
 contentus, cetera lectoris industriae et candori per-
 miseram.

Unam tantummodo exceptionem notare neglexeram, quam nunc paucis attingam, de propriis scilicet nominibus. Sunt enim nomina quaedam, quae *Ἀερόπη*, *Ἀντιγόνη*, *Ἰφιγένεια*, *Λαομέδων*, quae ex iambicis et trochaicis versibus omnino excludenda
 XXI essent, nisi *) anapaesti aliquando admitterentur. Hanc igitur veniam Tragicis libenter cum auditores, tum lectores, concedebant, ut in quavis senarii sede, praeter ultimam, anapaestum, ut in quavis trochaici sede, praeter mediam et ultimam, dactylum usurparent. Ac nullo sane discrimine et in impares et in pares senarii locos propria nomina inferunt, ut inde consequi putem, anapaestis in tertia et quinta sede, praeterquam cum hac sola exceptione, temperasse. Si enim jure suo anapaestos ibi adhibere poterant, debebant ita distribuere, ut pares locos effugerent. Cetera nomina, in quibus occurrit anapaestus vel dactylus, cum non ineluctabili necessitate iis pedibus uti cogerentur, debebant quidem ita versibus intexere, ut anapaestus in diversos pedes dissecaretur.

Αἰνῶ σε, Μενέ|λα' ὅτι παρὰ γνώμην ἐμήν.

Ἐπεὶ γὰρ ἀξέπνευσεν Ἀγα|μέμνων βίου.

ᾠ τλήμων οἶον τέρμον' Ἰο|κάστη βίου.

Et hoc certe plerumque faciebant. Verum istam legem sibi servandam putabant, ut anapaestus in

*) Cum propter brevitatem, de Trochaico loquens, anapaestum dico, lector semper de duabus dactyli syllabis cum sequentis pedis longa conjunctis intelligat.

eadem voce totus contineretur. Mendosus igitur est Iph. A. 1579.

Ἐλεξε δ' ὦ θηροκτόν' Ἀρτεμι καὶ Διός.

E MSS. tribus Parisiensibus dedit Marklandus,

Ἐλεξε δ' ὦ Διός Ἀρτεμις θηροκτόνε.

Musgravius, quod mirum est, vulgatam tacitus retinet.

Si me rogas, utra harum vera sit lectio, respondeo, neutra. Nec quicquam mea refert; quippe qui persuasus sim, totam eam scenam abusque versu 1541 spuriam esse et a recentiori quodam, nescio quando, certe post Acliani tempora suppositam. Non tamen ideo omnia contra sermonis indolem et contra metri leges peccata scriptori ipsi, sed quaedam saltem librariis imputanda censeo. In hoc loco proculdubio dederat ille, Ἐλεξε δ', ὦ θηροκτόν' Ἀρτεμις Διός. et mox Δέξαι τὸ θῦμα τοῦθ' ὅσοι δωρεόμεθα, sed, qui sequitur, versus,

XXII

Στρατός τ' Ἀχαιῶν Ἀγαμέμνων ἀναξ θ' ὁμοῦ,

vereor ne sit in ipsius PseudEuripidis cerebello natus. Marklando legendum videbatur, Στρατός τ' Ἀχαιῶν κοινός, Ἀγαμέμνων τ' ἀναξ. Ubi vero Tragicus exercitus Graecorum hoc epitheto ornant? In hac ipsa scena, 1591. ait Marklandus. Στρατεία quidem κοινή erat, στρατός non κοινός. Brunckius tamen ad Orest. 201. ait: „Tertia in Ἀγαμέμνων

produci (lege „corripī“), quidem potest in Canticis. Sed aliud exemplum afferendum erat, quam versus ex Iph. A. a Musgravio excitatus. Cum Marklando enim sentio, qui interpolatum illum affirmat, et admodum probabiliter emendat. “ Verum si totus locus saeculi recentioris est, medicina fit mortuo. De quo latius agam, si quando fabulam istam edendam curabo. Alia loca partim e variis lectionibus, partim e conjectura emendanda sunt. Iph. A. 817. male mutavit Marklandus, licet *Φαρσάλιον* praebeant MSS. In 814. γ’ delendum, neque de elisione in *Ἑλλάδι*, quanquam paullo rarior est, timendum. Alcest. 1140. *Καὶ μὴν προτείνω, Γοργόν’ ὡς καρατόμῳ*. Verum pejus corrupti sunt versus Ion. 296. 297. quos in gratiam lectoris citabo, simul ejus judicio et acumini commendans. *Τιμᾶ σφε Πύθιος, ἀστραπαὶ τε Πύθιαι. Τιμᾶ, τιμᾶ, ὡς μήποτ’ ὦφελόν σ’ εἰσιδεῖν.*

XXIII

Sed cum hoc impetrassent Tragici, ut scilicet *Ἰφιγένεια* et similia verba impune, ubi opus esset, usurparent, paullo longius progressi sunt, et interdum, licet raro, anapaestos in propriis nominibus reliquere, ubi non omnino erant necessarii. Orest. 453.

Ἀπωλόμην Μενέλαε Τυνδάρεως ὄδα.

Herc. F. 219.

Ὅς εἷς Μινύαισι πᾶσι διὰ μάχης μολών.

Sophocl. Philoct. 794.

Ἀγάμεμνον ὦ Μενέλαε πῶς ἂν ἀν’ ἐμοῦ,

In A]. 1008. de lectione dubitari potest. Tria alia exempla ex Helena Euripidis 86. et Electra 314. 315. attulit Hermannus Praef. p. 63, quorum duo priora correctionem neque admittunt, neque requirunt. Euripides etiam in *Νεοπτόλεμος*, *Ἰππόλυτος*, *Ταυροπόλος*, tres ultimas syllabas anapaestum fecit, quod tamen in genitivis et dativis meliori jure fecisse videtur, quam in nominativis et accusativis. Simili licentia vocem anapaesticam in trochaico versu ita collocabant, ut duae breves syllabae dactyli partem efficerent,

Σύγγονόν τ' ἐμὴν Πυλάδην τε τὸν τάδε ξυν-
δρῶντά μοι.

Οὐδ', πρὶν ἂν δείξω Δαναοῖσι πᾶσι τὰ γεγενημέ-
μένα.

Χιλίων ἄρχων Πριάμου τε πεδίον ἐμπλήσας δό-
ρος.

Quanquam secundus versus aliter legi potest, vel ex MS. *δείξω γε Δαναοῖς*, vel e conjectura *Δαναΐ-δαις*. Comici igitur, minus mirandum est, si dactylum aliquando in Trochaicis admittebant, cum proprium nomen occurreret, licet, si paullo plus laboris insumere vellent, hanc licentiam evitare potuissent. Hermippus Athenaei XI. p. 486, A, (male notata 488.)

Ἦν ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπάστην ἐκπιῶν,
Τῷ Διονύσῳ πάντα τὰ μαντοῦ δίδωμι χρήματα.

Comicus incertus, sed Aristophani aequalis, apud Plutarch. Polit. Praec. p. 811, F.

Μητίοχος μὲν (γὰρ) στρατηγεῖ, Μητίοχος δὲ τὰς
ὁδοὺς,

Μητίοχος δ' ἄρτους ἐκοπτᾷ, Μητίοχος δὲ τᾷλ-
Φιτα,

Μητίοχῳ δὲ πάντα κεῖται, Μητίοχος δ' οἰμώξε-
ται.

Ideo autem de hac Comiçorum licentia mentionem injeci, quod, cum plures alias Trochaicorum leges, quas servant Tragici, ipsi violent, a dactylo, nisi in propriis nominibus, caute abstineant. De hac re quaedam infra addam, cum de Comici et Tragici trochaici discrimine agam.

Nunc de caesuris videamus. Senarius, ut notum est, duas praecipuas caesuras habet, penthemimerim, et hephthemimerim, id est, alteram quam voco *A*, quae tertium pedem; alteram, quae quartum dividat. Prioris caesurae quatuor sunt genera; primum est, quod in brevi syllaba fit; secundum, quod in brevi post elisionem; tertium in longa, quartum in longa post elisionem.

(Aa) Κίνδυνος ἔσχα | δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ.

(Ab) Πατὴρ Ἦν' εἶπεν | Ἰλίου κείχη πέσοι.

(Ac) Λιπὼν Ἦν' Αἰδης | χωρὶς ὤκισται θεῶν.

(Ad) Καὶ τεύξεται τοῦδ' | οὐδ' ἀδάρητος Φίλων.

XXV Alterius caesurae, quam voco *B*, plura sunt genera.

Primum, cum in fine disyllabi vel hyperdisyllabi occurrit sine elisione; secundum, post elisionem; tertium, cum brevis syllaba est enclitica vox; quartum, cum non est enclitica, sed talis quae sententiam inchoare nequeat; quintum, cum vox ista ad praecedentia quidem refertur, potest vero inchoare sententiam; sextum, cum syllaba brevis post elisionem fit. Duo alia caesurae hujus genera ceteris minus jucunda sunt, ubi sensus post tertium pedem suspenditur, et post distinctionem sequitur vox monosyllaba, vel sine elisione, vel per elisionem facta.

(Ba) Ἦκω νεκρῶν κευθμῶνα | καὶ σκότου πύλας.

(Bb) Πολλῶν λόγων εὐρήμαθ' | ὥστε μὴ θανεῖν.

(Bc) Κεῖνη γὰρ ὤλεσέν νιν | εἰς Τροίαν τ' ἄγει.

(Bd) Τίμβον δὲ βουλομένην ἄν | ἀξιούμενον.

(Be) Ἐπεὶ πατὴρ οὗτος σὸς | ὃν θρηνεῖς αἶψα.

(Bf) Ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' | ἔστιν οὔτε σοί.

(Bg) Ἀλλ' ὃν πόλις στυγεῖ, αὐ | τιμήσεις νεκροῦ;

(Bb) Ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, τόθ' | ἡγήσει σὺ νῦν.

Est et alia senarii divisio, quam si non caesuram, quasi-caesuram liceat nominare. Ea est, cum tertius pes elisionem patitur, siue in eadem voce, siue additis γ', δ', μ', σ', τ'.

Κεντεῖτς μὴ Φεῖδειςθ' ἐγὼ τέκον Πάριν.

Γυναιξὶ παρθένοις τ' ἀπόβλεπτος μέτα.

Haec quasi-caesura apud Tragicos haud est infrequens. Longe rarius est ea licentia, qua integri

XXVI pedes, tertius et quartus, vel integras voces, vel vocum partes faciant,

Μενέλαε μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς.
Θρήκην περάσαντες μόγις πολλῷ κόπῳ.

Quorum exemplorum in secundo pronunciandi difficultas laborem ab exercitu Persico exhaustum optime exprimit. Sed ut hoc aliquando sibi permittunt, illud nunquam sibi permittunt, ut pedes tertius et quartus eadem voce comprehendantur. Hoc si fieri posset, omnis rhythmus, omnes numeri funditus everterentur. Imo Comici, inquires, hoc non raro faciunt. Comici sane interdum faciunt, ii tamen paullo rarius; (sexies et decies, nisi fallor, Aristophanes in Pluto;) at hoc ipsum argumento est, Tragicos non facere. In iis, quae dixi ad Hec. 734, non quidem erravi, sed paullo tamen minus sum accurate locutus. Quod ibi tantum innui, hic aliquanto fusius exsequar. Si Tragici et *δύρομαι* et *ὀδύρομαι* pari jure adhibere possent, eam certe formam, unde numerosior versus evaderet, praelaturi essent. Eadem praeterea ratio locum habet in verbis *ὁμόγνυμι* et *μόγνυμι*. Aristoph. Acharn. 706,

ὦστ' ἐγὼ μὲν ἡλέησα καὶ πομορξάμην ἰδῶν,

Aut augmentum omissum, aut spondeus in quintum locum admissus. Sic tamen habent omnes, opinor, editiones, et Suidas v. ὦστ' ἐγὼ μὲν. Kusterus, qui vulgatam in textu suo scripturam reliquit, in tractatu tamen de Verbis mediis recte scribit *ἀπε-*
XXVII *μορξάμην*. Et sane ita legendum est ex ipso Suida

eadem in voce, ubi ordo verborum vëram lectionem conservavit. Atque eadem lectio jam exstabat in tribus Scholiorum editionibus, Aldina, Juntina, Frobeniana; mutavit Portus, mutantem secutus est Kusterus.

Sed ad quaestionem propositam redeo. Grammaticorum quorundam erat σπουδή, sive παιδιὰν vocas, versus scribere tales, ut singulae dipodiae integris vocibus vel continerentur, vel saltem terminarentur. Athenaeus X. p. 454. F. Τὸ δὲ Καστορίωνος τοῦ Σολέως, ὡς ὁ Κλέαρχος Φησὶν, εἰς τὸν Πᾶνα ποιήμα τοιοῦτόν ἐστι. τῶν ποδῶν ἕκαστος (potius legendum στίχων) ὅλοις ὀνόμασι περιειλημμένος πάντας ὁμοίως ἡγεμονικούς καὶ ἀκολουθητικούς ἔχει τοὺς πόδας, (τὰ μέτρα vel τὰς διποδίας accuratius dixisset) οἷον,

Σὲ τὸν βόλοις | νιφοκτύποις | δυσχείμερον
 Ναλονθ' ἔδος | θηρονόμε Πᾶν | χθόν' Ἀρκάδων
 Κλήσω γραφῇ | τῇδ' ἐν σοφῇ | πάγκλειτ' ἔτη
 Συνθεὶς ἄναξ | δύσγνωστα μὴ | σοφοῖς κλύειν
 Μουσοπάλε θῆρ | κηρόχυτον ὅς | μείλιγμ' ἰεῖς.

Sic lege et interpretare, *Qui melodiam e fistula ceteris compacta excitat.* Verum si versus istos recte metieris, Tragicorum regulae unum modo adversantem reperiēs. Secundus enim, quartus et quintus pertinent ad caesuram *Ba*, tertius ad *Ad*. Sed primi similem Tragico scribere nunquam, ut opinor, permissum erat.

Non eram nescius, cum hanc regulam posui, paucas quasdam exceptiones in hodiernis Tragicorum editionibus occurrere. Verum eae tam raras sunt, et tam sanatu faciles, ut putarem, neminem semel monitum, qui quidem aurem haberet, non sponte emendaturum. Versus Sophoclis Oed. Col. 372. Εἰσῆλθε τοῖν τρεῖς ἀθλίον ἕρις κακῇ, non est vera exceptio. Adverbium enim ab adjectivo disjungendum est, ut in Homérico, Τρεῖς μάναρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. Aristoph. Plut. 851. Οἵμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δειλαιοι· Καὶ τρεῖς κακοδαίμων, καὶ τετράκις, καὶ πεντάκις, Καὶ δωδεκάκις, καὶ μυριάκις· ἰοῦ, ἰοῦ. Aliud exemplum praebet Euripides, qui dicitur, Iph. A. 1595. Φάσμ', οὔγε μὴδ' | ὀρωμένου | πίστις παρῆν. Poteram quidem hoc versu corrigendo supersedere, sed ne quis cavilletur, me hanc commodam sane e dumetis erependi viam instituere, ut ea pro spuriis, quae doctrinae meae repugnant, deleam, fatebor nihil me dubitare, quin ipse scriptor dederit, Φάσμ', οὔγε πίστις μὴδ' ὀρωμένου παρῆν.

Sed, si placet, cetera exempla, quae huic regulae obstant, prope inspiciamus. Ea sunt, quae sequuntur.

Aesch. Pers. 501. Στρατὸς περᾶ κρυσταλλοπήγα
διὰ πόρον.

Agam. 1261. Ἡ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπει
χρησμῶν ἐμῶν.

Suppl. 252. Καὶ τᾶλλα πόλλ' ἐπεινάσαι
δίκαιον ἦν.

Soph. Aj. 969. Πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπέγγελῶεν ἄν
κάτα;

Postremi loci vitium obiter sustuli ad Hec. 1214. legendo, τοῦδ' γ' ἐγγεῶεν. Oed. Ci 1339. Κοινῇ παθ' ἡμῶν ἐγγεῶν ἀβρύνεται. Priora tria transpositione sananda.

Κρυσταλλοπήγα διὰ πόρον στρατὸς περᾶ.

In secundo dele noxiam particulam ἄν, et lege,

Ἡ κάρτα χρησμῶν ἄρ' ἐμῶν παρεσκόπεις.

In tertio τᾶλλα mendosum est, cum ἄλλα esse deberet. XXIX
Quonquam hoc quidem aliter sanari poterat.
Sed ut ἐπεικᾶσαι sedem suam obtineat, legendum,

Καὶ πολλὰ γ' ἦν δίκαιον ἄλλ' ἐπεικᾶσαι.

Ekstabat olim in Eurip. Suppl. 168. hic versus,

Πολιὸς ἀνὴρ εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος.

Nisi MSS. Parisienses ad hunc locum collati essent, quis veram lectionem eruere posset? Id tamen, quicunque aurem habeat, videre possit, non esse tam immodulatum senarium ab Euripide profectum. Sed aliud est errorem indicare, aliud corrigere. Dedit Marklandus e MSS. Πολιὸς ἀνὴρ τύραννος εὐδαιμόνων πάρος. Quod si non verum, vero certe proximum puto. Latere enim in Aldinae lectionis rudibus tenue veritatis vestigium existimo; scilicet a poeta

scriptum, Πολιὸς ἀνὴρ τύραννος ἰσοδαίμων πάρος, deinde levi errore mutatum ἰσοδαίμων in εὐδαίμων. Quod monere volens librarius, aut inter versus aut in margine notavit ἰσο legendum pro εὐ. Illud, ut fit, alii neglexere, altera lectione contenti; alii leviter depravatum in textum intulere, ut talis fere versus tandem exstiterit:

Πολιὸς ἀνὴρ τύραννος εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος.

Corrector, tam enormi versu offensus, τύραννος recidendo ad metra eum redigere conatus est. Aptissimum autem tyranno vel tyrannidi epitheton ἰσοδαίμων. Aeschyl. Pers. 636. Ἡ δ' αἶτι μοι μακαρέτας ἰσοδαίμων βασιλεύς; Plato Rep. VIII. non longe a fine de Euripide ait, Καὶ ὡς ἰσόθεόν γε τὴν τυραννίδα ἐγκωμιάζει. Habuit in animo Troad. 1177. Γάμων τε καὶ τῆς ἰσοθέου τυραννίδος. Notus est Ariphronis Sicyonii Paean apud Athēn. XV. fin. Τᾶς τ' εὐδαίμονος ἀνθρώποις βασιληίδος ἀρχᾶς. Sic editiones Casauboni, qui tamen ex Epitome legit ἰσοδαίμονος, quod habent etiam Plutarchus de Virt. Mor. p. 450. B. Sextus Empiricus adv. Mathem. XI. 49. In editione Aldina Athenaei est ἰεδαίμονος, quod Typographae videtur erratum, qui ε (id est σο) cum g confuderit. Diverso sensu dixit ἰσοδαίμονα Pindarus Nem. IV. 137.

Hactenus haec. Nunc ad aliud caesurae genus accedimus, quam potius pausam ideo nominare libet, quoniam versus qui caesurarum supra memoratarum nullam habeat, necessario minus modulatus est; versus vero qui pausa careat, non est con-

tinuo immodulatus. De versibus iis loquor, ubi quintus pes in duas voces distribuitur. Tirones vero ea, quae de hac re dicturus sum, pro supplemento accipient notae meae ad Hec. 347. *Κρύπτοντα χεῖρα καὶ πρόσωπον ἔμπαλιν*. Sic primus recte edidit Kingius pro *τοῦμπαλιν*. Nempè hanc regulam p̄terumque in senariis observabant Tragici, ut, si voce, quae Creticum pedem efficeret, terminaretur versus, eamque vocem hypermonosyllabon praecederet, quintus pes iambus vel tribrachys esse deberet. Non potuerunt igitur talem versum Tragici scribere, qualis est *Κρύπτοντα χεῖρα καὶ πρόσωπον τοῦμπαλιν*; aut *Ἄτλας ὁ χαλκίοισι νώτοις οὐρανόν*, aut *Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐν μετώπων σωφρόνων*, certe noluere, si modo vel diversa orthographia vel alia verborum positura vitare possent *In scenam missos cum magno pondere versus*.

343

Hecubam code-
-mbrs

Res eadem est, si Creticus in trochaeum et XXXI
syllabam dissolvitur; vel si Cretico in syllabam longam et iambum dissoluto, syllaba longa est aut articulus aut praepositio, aut quaevis denique vox, quae ad sequentia potius quam praecedentia pertineat.

Κῆδος δὲ τοῦμόν καὶ σὸν οὐκέτ' | ἐστὶ | δῆ.

Καῖρ' οὐ γὰρ ἡμῖν ἐστὶ τοῦτο | σοὶ γε | μὲν.

Καλῶς μὲν εἶπας, θύγατερ, ἀλλὰ | τῷ καλῷ.

Δεινὸς χαρακτὴρ, ἀκρίσημος | ἐν βροτοῖς.

Et sic habe de *τίς*, *πῶς*, interrogantibus; *ὡς*, *οὐ*, *καὶ* et similibus, ut partim monui ad *Phoeniss.* 1464.

Euripid. Person. I.

c

Verum si secunda quinti pedis pars ejus sit generis, ut praecedenti verbo adhaereat, et ambo quasi unam vocem simul efficiant, non jam amplius necesse erit, ut verbum praecedens brevi syllaba terminetur. Ac primo pauca citemus exempla, ubi syllaba iambum praecedens sit vox enclitica.

Σπεύδωμεν, ἐγμονῶμεν· ἡγοῦ μοι | γέρον.
 Ἔπικτε γάρ μ' ἔτικτεν, ὦμοι μοι | κακῶν.
 Προσέρχεται τόδ' ἐγγύς· οἶμοι μοι | τάλας.
 Κρίνω σὲ νικᾶν καὶ παραινεῖς μοι | καλῶς.
 Πείθειν ἐκάρδους, ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι | πέτρας.
 Πῶς Φῆς; τίν' εἶπας μῦθον; αὐθίς μοι | Φράσον.
 ὦ παρθέν', εἰ σῶσαιμί σ', εἴσει μοι | χάριν;
 Ἄ δ' ἐνθάδ' εἶχον ἀγάθ', ἀποσσόν μου | πάτερ.
 Ἔσω Φρενῶν λέγουσα πείδω νιν | λόγῳ.
 Τί παρθευεῖ δαρδὺν, ἐξόν σοι | γάμου.
 Καὶ μὴν ἐκείνος οὐκέτ' ἔσται σοι | βαρύς.
 Βίον δ' ἐπαιτῶν εἶρπ' ἀγύρτης τις | λάτρης.
 Ἐμπρησον, ὦ γενναῖε· κἀγὼ τοῖ | ποτέ.

XXXII Ex hac classe excipienda sunt duo loca.

ὦ φίλταθ', ἥκεις ἄρα σωτὴρ νῶν βλάβης;
 Σφῶν αὖ πέφασμαι καινός, ὥσπερ σφῶ πατρί.

Cum νῶ et σφῶ significant ἡμεῖς δύο et ὑμεῖς δύο, nimis emphatica sunt, quam ut enclitica fiant. Legendum ἄρα νῶν σωτὴρ βλάβης; et ὡς πρὶν σφῶ πατρί. Melius junguntur σωτὴρ βλάβης, ut σωτὴρα κακῶν Med. 361: σώζουσιν θανεῖν Phoeniss. 609. Idem ὥσπερ Euripidei versus apud Polluc. VII.

178. numeros corruptit. Κεῖλοις ἐν ἀντροῖς ἄλυχνος, ὥσπερ Θῆρ μόνος. Recte MS. ὥστε.

Secundo exempla quaedam demus vocum [non encliticarum, sed] quae sententiam aut versum inchoare nequeant.

Οἷόν τε μοι τάσδ' ἐστί· θνητοῖς γὰρ | γέρα.

Ἰδὼν δ' ὁ παῖς ᾤμωξεν· ἔγνω γὰρ | τάλας.

Ἀκουε δὴ νῦν· ἀνακαλύψω γὰρ | λόγους.

Τῆς δυσγενείας μᾶλλον· ἡμεῖς γὰρ | κακῶν.

Τοὺς σοὺς λόγους πῶζοντες· ἄρχειν γὰρ | νεώς.

Πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε; δόξη γοῦν | ἐμῇ.

Σὺ δ' ἤμιν ἢ μισυῖσα, μισεῖς μὲν | λόγῳ.

Ἄλλ' ὥς τάχιστα παιῖδες, ὑμεῖς μὲν | βιάσθων.

Sed nullæ particula saepius, quam ἄν, in ista sede posita repetitur.

Sophocl. Electr. 413. Εἴ μοι λέγοις τὴν ὄψιν,
εἴποιμ' ἄν | τότε.

Eurip. Phoen. 1635. Ἄλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὖροιμ'
ἄν | βίον;

1642. Ἐγὼ δὲ ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ'
ἄν | χθόνα.

Androm. 937. Βλέπουσ' ἄν αὐγὰς τᾶμ' ἐπαρ-
ποῦτ' ἄν | λέχῃ.

1187. Οὗτός γ' ἄν ὥς ἐκ τῶνδ' ἐτι-
μᾶτ' ἄν | γέρον.

Bacch. 1272. Κλύεις ἄν οὐ τι κἀπεκρίναι,
ἄν | σαφῶς;

Eurip. Heracl. 457. Μάλιστα δ' Εὐρυσθεύς μὲ
βούλοιτ' ἂν | λαβών.

XXXIII Acute igitur et probabiliter in Hippol. 296. Γυναῖκες
αἶδε συγκαθίσταντ' ἂν νόσον, (συγκαθίστανται
enim MSS.) conjecerat Musgravius, quamvis postea
vulgatum συγκαθιστάναι defenderit. Certa autem
Marklandi emendatio Iph. A. 524.

Ὅν μὴ σὺ φράζεις, πῶς ὑπολάβοιμ' ἂν | λόγον;

In omnibus his exemplis illud observandum est; ἂν
semper verbo suo statim subjungi, idque cum eli-
sione. Unde levi mendo laborat versus Erechthei,
Φρανεῖς γὰρ ἤδη κάποσώσαις ἂν πατρός. Quamquam
σώζειν apud Tragicos aliquando *meminisse* significat,
longe aptior hoc sensu est media forma. Lege igi-
tur, κάποσώσαι' ἂν πατρός. Similis confusio in
Med. 734. μεθεῖσαν et μεθεῖ' ἂν. Verum nisi mu-
tatio sit perexigua, haec et similia loca sollicitari
nolim. Sane si MS. bonae notae in Aeschyli versu
daret παραινέσαι καλῶς, aut in Euripidis ἀκούέ μου,
πάτερ, non illibenter acciperem. Est versus Al-
cest. 1106. Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' εἴθ' ἡβᾷ σοι κα-
κόν, qui ex iis, quae modo dixi, non incommo-
de defendi potest. Verum quis reponere dubitabit e
Galeno IV. de Dogm. Hippocr. et Plat. T. I. p. 283,
55. ed. Basil. T. V. p. 152. Charter. quem indica-
vit Valckenaerius Diatrib. p. 28. B. C. Χρόνος μαλά-
ξει, νῦν δ' εἴθ' ἡβάσκει, κακόν. Sed talia, ut
dixi, ex mera conjectura non tentanda.

Alia sunt, quae huic regulae non vere officiant, tantum ex perversa orthographiae ratione officere. videantur. In hanc classem referenda puto exempla, ubi οὐδῆς inter quartum pedem et quintum dividatur.

Soph. Oed. C. 1022. Εἰ δ' ἐγκρατεῖς Φεύγουσιν, XXXIV
οὐδὲν δεῖ ποιεῖν.

Eurip. Phoen. 759. (775.) Ἀμφότερον ἀπολειφθὲν
γὰρ οὐδὲν θάτερον.

Alc. 682. Ἦν δ' ἐγγὺς ἔλθῃ θάνατος, οὐδεὶς
βούλεται.

Herc. F. 1341. Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν
δεῖ φίλων.

Sed in his vocibus Atticam scribendi rationem esse divisim, οὐδ' εἷς, οὐδ' ἓν, colligo ex hoc, quod saepe particulam ἄν interponunt inter οὐδ' et εἷς. Attici etiam circa posteriora Aristophanis tempora οὐδὲ εἷς et μηδὲ εἷς plene scripta usurpare coeperunt, Epicharmi exemplum fortasse secuti. In Pluto certe Aristophanis trisyllaba forma quater occurrit, 37, 138. 1116. 1183. semel tantum praeterea in Ranis 958. et ibi dedisse videtur, Σαφὲς δ' ἄν εἶπεν οὐδ' ἄν ἔν. Non igitur Tragicos canones violat (quos saepe in Sattyris violant) Cyclop. 120. Νομάδες ἀκούει δ' οὐδ' ἔν οὐδ' εἷς οὐδ' ἑνός. neque 672. Οὐτίς μ' ἀπώλεσ'. οὐκ ἄρ' οὐδ' εἷς ἡδίκηει.

In hanc classem etiam referenda sunt ista Sophoclis loca, in quibus ἡμιν vel ὑμιν (quae Gram-

matici alii ἡμῖν et ὑμῖν scribunt) Creticum antecedit.

Electr. 1328. Ἡ νοῦς ἐνεστιν οὐτις ὑμῖν ἐγγενής;

Oed. C. 25. Πᾶς γὰρ τις ἡὔδα τοῦτό γ' ἡμῖν
ἐμπόρων.

Et similiter El. 1332. Oed. T. 1482. Oed. C. 34. 81. 1038. 1167. 1408. Philoct. 531. Hac scribendi ratione saepissime, (fortasse semper; vide Aj. 689. El. 255. 452.) usus est Sophocles; Comici et ceteri Tragici rarissime; ἡμῖν αὖ χάριν Aeschyl. Prometh. 820. ita scribi potest; sed tutius, opinor, XXXV exemplis modo citatis p. XXXII. vulgata lectio defendetur. Hinc vexatissimum Sophoclis locum Philoctet. 1333. expediet lector eruditus, Ἀσκληπιάδαιν δὲ τοῖν παρ' ἡμῖν ἐντυχῶν.

Alia sunt exempla tam emendatu facilia, ut in iis nemp, nisi indoctissimus, haesitet. Talia sunt Sophocl. Philoct. 731. Λόγου σιωπᾶς, ἀποπλήκτως εἰδ' ἔχῃ; Ibi Brunckius recte edidit ἀποπλήκτος, quanquam sine auctoritate, quanquam non monito lectore. Si enim retinetur ἀποπλήκτως, rescribi oportet ἔχεις. Eurip. Iph. A. 1465. Δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ κείνων δεῖ (δεῖ κείνον) δραμεῖν. Iph. T. 1013. ἀλλ' ἀνὴρ μὲν ἐκ δέμων Θανὼν ποθεινός· τὰ δὲ γυναικῶν ἀσθενῆ. Sic e MSS. edidit Marklandus, probante Musgravio. Ex Aldo quantocyus restituere γυναικὸς, quod etiam oppositionem fortiolem facit. Sed levia huiusmodi quivis pro se ipse statim corrigit.

Ex iis jam, quae restant, locis quaedam proferamus. Aeschyl. Pers. 321. Νωμῶν, ὃ, τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος Σάρδεσι Πένθος παρασχών. Ariomardus supra 38. Thebarum praefectus erat. Cur igitur Sardibus luctuosa esset ejus mors? Hoc, ut opinor, sentiens Scholiastes addit, πατρίς γὰρ αἱ Σάρδεις αὐτῷ. Sed potius existimo versum unum vel plures excidisse, ubi Sardium praefectus, fortasse Mitragathes vel Arceus, nominaretur.

Νωμῶν, ὃ, τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος . . .
 Σάρδεσι
 Πένθος παρασχών.

Expleat hiatus, si potest, sagax lector; sed id simul curet, ut verbum Ἀριόμαρδος vocalis sequatur.

Aesch. Suppl. 206. Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώ- XXXVI
 πων σωφρονῶν
 Ἰτω πρόσωπον ὄμματος παρ'
 ἡσυχου.

Bella sane locutio, ἰεῖναι πρόσωπον ἐκ μετώπων vel παρ' ὄμματος. Notavit Schutzius, προσώπων habere Robortellum. Sed pro sua diligentia non notavit, Aldum dedisse ἐκ μετώπω σωφρονῶν ἰτω προσώπων, quae vera est lectio, modo cognatarum vocalium sedem mutes. Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετωποσωφρονῶν Ἰτω προσώπων ὄμματος παρ' ἡσυχου. Dicitur autem πρόσωπα μετωποσώφρονα, ut καλλίχειρες ὠλέναι, et plura similia. In τὸ μὴ μάταιον intelligitur βλέ-

πος aut aliquid ejusmodi nomen. Aristoph. Nub. 1178. Ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος. Cum modestia et immodestia maxime in fronte et oculis appareant, utrumque et frontem et oculos simul memoravit, *)

Quae apud Sophoclem reperiri possunt exceptiones, harum praecipuas enotabo, sed, ne longum volumen scribam, enotatas tantum, lectorum acumen relinquam,

Aj. 1101. Ἐξέστ' ἀνάσσειν ὦν ὅδ' ἡγεῖτ' οἴκοθεν;

Oed. C. 664. Θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε κἄνευ τῆς ἐμῆς.

Philoct. 22. Ἄ μοι προσελθὼν σῖγα, σήμαιν', εἴτ' ἔχει.

XXXVII

Pauca jam Euripidis loca corrigere conabor, omis-
sis tamen Iph. A. 1598. 1621. 1622. quae, qui velit, emendanda vel defendenda suscipiat.

*) In hunc censum non dignatus sum referre versum alium Aeschyli Choëph. 508. καὶ μὲν ἀμύφῃται δέ τινα τὸν λόγον, ubi τίμα Canterus, τιμῇ Heathius. Schutzius vero hunc ita emendat, καὶ μὲν ἀμειφῇ τίνδε τιμήρας λόγον, et 507. quo sanior non est in toto Aeschylo, spurium censet. Verum enimvero manifesto spurius est 508. qui a Robortello post 509 ponitur; recte ab Aldo omnino omit-
titur. Iterum mirare Schutzii diligentiam, qui Aldi et Robortelli lectiones non memorarit. Ceterum non transponendus est cum Heathio 509 post 506, sed τῆς τ' cum eodem fortasse legendum pro τῆς, quod habent Ald. Rob.

Hec. 729. (723.) Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν, οὐδὲ
ψεύομεν.

Androm. 347. Φεύγει τὸ ταύτης σῶφρον· ἀλλὰ
ψεύσεται.

Iph. A. 531. Κάμ' ὡς ὑπέστην θυμα, κατὰ ψεύ-
δομαι.

Et hos tres versus, cum eodem morbi genere, si tamen morbus est, laborent, juniorum sagacitati committam.

Iph. A. 668. Εἰς ταυτὸν, ᾧ θυγάτερ, σύθ' ἤκει
τῷ πατρί.

Mendosum esse *σύτε* nemo non videt, sed eo in *σύγε* mutato nihil admodum lucratur. Legendum, Ὡ θυγάτερ, ἤκαις καὶ σύγ' εἰς ταυτὸν πατρί. Καὶ ante pronomen *σύ* ita addit Agamemnon statim postea: Ἐτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνησεῖ πατρός, ubi similiter articulus abest. Locus e Rheseo 733, sumtus facillimam medicinam admittit, substituendo *Θρηκί* pro *Θρηκίων*.

Ὡ ξυμφορὰ βαρεῖα Θρηκί συμμαχῶ.

Eurip. Suppl. 160. Τί πλεῖον; ἤλθον Ἀμφιάρεω
πρὸς βίαν.

Ἀμφιάρεω quadrisyllabum est. Lege ex MSS. duobus apud Marklandum et Musgravium, Ἀμφιάρει γε πρὸς βίαν. Illud γε idem fere valet, quod etiam, ut in Hec. 606. Οἶδεν τό γ' αἰσχρὸν, et 842. Φίλους τιθέντες τοὺς γε πολεμιωτάτους. Aristoph. Nub. 400. Ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεῶν βάλλει.

Iph. T. 584. Κάμοι τόδ' εὖ μάλιστα γ' οὕτω
γίγνεται.

Videamus praecedentia et sequentia,

XXXVIII

Ἀκούσατ'· εἰς γὰρ δὴ τιν' ἤκομεν λόγον,
Ἵμῖν τ' ὄνησιν, ὧ ξένοι, σπεύδουσ' ἄμα,
Κάμοι· τὸ δ' εὖ μάλιστα γ' οὕτω γίγνεται,
Εἰ πᾶσι ταυτὸ πρᾶγμ' ἀρεσκόντως ἔχει.

Sic distinguendum in tertio versu vidit Marklandus; σπεύδουσα praeclara est Musgravii emendatio pro σπουδαῖς vel σπουδῆς. Cyclop. 471. (476.) omittere debebat, sed optime advocat Iph. T. 349. οἷσιν ΗΓΡΙΩΜΕΘΑ, ΔΟΚΟΤΣ' Ὀρέστην μηκέθ' ἥλιον βλέπειν, et Herc. F. 860. Ἥλιον ΜΑΡΤΥΡΟΜΕΣΘΑ ΔΡΩΣ' αἰ δρᾶν οὐ βούλομαι. Adde Ion. 1269. Πρῶταπολοι, ΔΙΩΚΟΜΕΣΘΑ θανασίτους ἐπὶ σφαγῆς, Πυθίῳ ψήφῳ ΚΡΑΤΗΘΕΙΣ'. ἔκδοτος δὲ γίγνομαι. At quomodo spondeum οὕτως in trochaeum convertes? Facillime, si legemus ὦδε pro οὕτω. Saepissime confunduntur ὦδε et οὗτος, τοσόσδε vel τοιδόσδε, et τοσοῦτος vel τοιοῦτος; rarius quidem, sed non valde raro, ὦδε et αὐτω. Sic variant codices Herodoti II. 116, VI. 77. Utroque ὦδε servat Arch. In Orest. 1628. (1645.) οὕτως contra metrum Cant. Aristoph. Lysistr. 378, οὕτω e MS. Voss. edidit Kusterus; sed ὦδε cum edd. prioribus ex Aug. Rav. dedere Brunckius et Invernizius. Tragicus senarius citatur a Scholiaste Codicis Townleiani ad Iliad. Δ. 249. Αὐτός τι νῦν δρᾶχ' οὕτως δαίμονας καλεῖ. Quae ita corrigenda

sunt, Αὐτός τι νῦν δρᾷ χῶδε δαίμονας καλεῖ. Quanquam Suidas v. Αὐτός τι, hunc versum paullo aliter scriptum legit, Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἴτα δαίμονας καλεῖ. Videntur olim exstitisse duo versus in Euripidis Temeno ad hunc fere modum,

Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἴτα δαίμονας καλεῖ
Τῷ γὰρ προῦντι χῶ θεὸς ξυλλαμβάνει.

Satis ostendi, ut opinor, quod promisi, paucissimos Tragicorum esse versus similes Ionis initio. Sed non ausim dicere nullos esse. Illud autem attente considerandum, quam facile librarii, qui sibi notissimas regulas violarint, eas violaturi essent, quas prorsus ignorarent. Laudat obiter M. A. Muretus Var. Lect. XV. I. versum, quem Sophoclis esse quivis conjiciat. Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' Ἀχιλλεύς αὐτὸς εἶ. Verba sunt Graeci exercitus ad Neoptolemum, Trojam modo advectum, ut liquet e Philoct. 356. καὶ εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς ἑκβαίντα πᾶς ἡσπάζετ', ὁμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν. Si vero versus iste eodem modo, quo apud Muretum legitur, apud Plutarchum p. 51. C. legeretur, quis de mendo suspicari auderet? Temerarius certe videretur, qui ἐκείνος pro Ἀχιλλεύς reponeret. Versum Euripidis (Fragm. incert. 143.) apud Plutarch. T. II. p. 1028. F. ex ingenio suo fabricavit Musgravius. Fragg. 176. Σμικραῖς ἐπιτρέπουσιν αὐτοὺς | ἐλπίσιν, neminem morabitur. [ἐαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν] Sed locus est e Pirithoo citatus a Gregorio Corinth. in Hermog. apud

Reisk. Graec. Orat. T. VIII. p. 948, Ἐμῇ γὰρ ἡλθε
μητρὶ μέδονῃ | πρὸς λείχος, qui expendi meretur.

Nunc Iambicorum genus Comicis fere proprium
leviter attingamus, quod vulgo vocatur Tetrametrum
catalecticum. Duabus rebus a Comico senario hoc
differt; primo, quod quartus pes semper iambus
aut tribrachys ¹ sit oportet; secundo, quod sextus
pes anapaestum etiam admittit ². Sed pes catalecti-
cam syllabam praecedens non iambus esse nequit;
nisi in proprio nomine, ubi conceditur anapaestus ³.
XL Quod de quarto etiam pede ⁴ intelligi velim, Ran,
942. 943. 948. Thesm. 554. 555. 557.

Πρώτιστα μὲν γὰρ ἓνα γε τινὰ ¹ καθεῖσαν ἐγκα-
λύψας

Ἀχιλλέα τιν' ἢ Νιόβην ², τὸ πρόσωπον οὐχ
δεικνύς.

Οὐχ ἦττον ἢ νῦν οἱ λαλοῦντες. ἡλίθιος ³ γὰρ
ἦσθα.

Ἐγένετο, Μελαγίππας ποιῶν, Φαίδρας τε, Πηνε-
λόπην δέ ⁴.

Οὐκ ὥποι' ἐποίησ', ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι.

Τῶν νῦν γυναικῶν Πηνελόπην ⁵, Φαίδρας δ' ἀπαξα-
πάσας.

Verum, quantumvis hanc veniam postulent tetrame-
tri iambici, cavete, Adolescentes, credatis, omnes
licentias admittere, qualis e. g.

Τῇ παιδί τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἥδη προχείρους
εἶναι.

At enim, dicetis, quid opus erat hoc monere? Quenquamne esse auribus adeo destitutum, ut haec verba pro versu venditet? Recte. Neque ego hercule credo quenquam hodie esse, qui talia portenta pro versibus obtrudat. Si quis tamen talis existeret, is eadem opera poterit legere, (Athen. XV. p. 665. D.) Ποῦ δὴ μέθῃ ἤδη γέγονε καὶ πίνοντες ἤδη πᾶρῶν. Eadem opera pro tetrametro iambico accipiet, Στεφάνους τε πολλοὺς κρεμαμένους μελιλωτίνους [ἐπιθυμείς.] Athen. XV. p. 678. C. ubi jamdudum vocem ἐπιθυμείς emendavit et Athenaeo restituit summus Casaubonus. Sed ne diutius iambis immoremur, quaedam loca citemus, ut legi debent; quaedam, a Viris doctis male habita, aut in aliud versutum genus deformata. Unum modo jure postulaturum me puto, ut ne ταῖσι δίκαις vel ἀνθρώποισι Φωνεῖς (Nub. 1040. Eq. 836. Brunck.) mihi obmoveantur.

Nub. 1059. Πολλοῖς ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε δι' αὐτὸ XLI

τὴν μάχαιραν.

1362. Οὐ γὰρ τότε εὐθὺς χρῆν σε τύπτεσθαι

τε καὶ κατεῖσθαι.

Sic recte Bentleius.

Ran. 961. Ἀεμβαλεῖν οὐ ῥάδι ἦν. νῆ τοὺς θεοὺς

ἔγωγ' οὔν.

Eq. 419. Ὡ δεξιότατον κρέας σοφῶς γε προῦ

νοήσω.

Thesm. 567. Οὐδ' ὥς ἑτέρα τῶν ἀνδρῶν τῷ πελέκει

κατεσπόδησεν.

apud Athen. VII. p. 302. D.

Ὀὐκ ἔγγελλον Βοιωτίαν, οὐ γλαῦπεν, οὐχὶ
 θύνην
 Ὑπογαστρίον.

IX. p. 400. A. Δύσας ἴσως ἂν τὸν λαγῶν ξυναρπά-
 σειεν ἡμῶν.

XII. p. 527. C. Ἄλλ' οὐ γὰρ ἐμάθετ' αὐτ' ἐμοῦ
 πέμποντος· ἀλλὰ μᾶλλον
 Πίνειν, ἔπειτ' ἄδειν κακῶς Συραποσίαν τρά-
 πεζαν,

Συβαρίτιδας τ' εὐωχίας καὶ Χῖον ἐν Λακαί-
 νῳν

Κυλίνων. Corrupta sunt sequentia.

XIV. p. 628. E. Ὡστ', εἴ τις ὀρχοῖτ' εὖ, θέαμ' ἦν·
 νῦν δὲ δρῶσιν οὐθέν·

Ἄλλ' ὥσπερ ἀπόπληκτοι στάδην δοτῶτες
 ὠρύονται.

apud Polluc. IX. 46.

Πόλος τὸδ' ἔστιν· εἴτε πόστην ἥλιος τέτρα-
 πται;

69. Ἐξ ἄστεος νῦν εἰς ἀγρὸν χαρῶμεν· ὥς πᾶ-
 λαί δεῖ

Ἡμᾶς θκεῖ τῷ χαλκίῳ λελουμένους σχολά-
 ζειν.

apud Suid. v. ἈΦαιρεῖν κροκύδας.

Εἴ τις [σε] κολακεύει περὶ καὶ τὰς κροκύδας
 ἀφαιρῶν.

v. ὦ νῦν θερμοὶ βωμοί.

XLII

[Καί] τὴν κρατίστην δαίμον', ἧς νῦν θερμὸς ἔσθ' ὁ
βωμός.

v. Τῶν τριῶν καπῶν ἓν.

Ἐγὼ γὰρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταυτί.

Quinque adhuc versus supersunt, qui in quarto pede anapaestum habent. Nub. 1429. Ran. 963. 968.

Σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τᾶλλα τὰ βοτὰ
ταυτί.

Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἔστιν ὄρνις.

Οὐχ ἱππαλεκτρυόνας, μὰ Δί', οὐδὲ τραγελάφους,
ἄπερ σύ.

Ὡραίς apud Athen. IX. p. 372. C. hic unus est e quindecim tetrametris iambicis.

Ῥρισσοὺς δ' ἴδοις ἂν νιφομένους σύκων ὁμοῦ τῇ
μύρτων.

Plato ibid. XV. p. 665. D.

Καὶ δὴ κέκραται· τὸν λιβχνωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε.

Sed haec et quaedam alia loca intacta dimittere, optime lector, mecum constitui, ut tu scilicet habeas, in quo ingenium tuum et industriam exerceas.

Vereor, ne in rationibus iambicorum versuum exponendis longi fuerimus. Verum quo longiores ibi fuimus, eo minus Trochaicis immorabimur. Notum est, e Trochaico tetrametro catalectico sena-

rium fieri, si ab initio detrahis Creticum, vel Paeonem primum sive quartum.

Θᾶσσον ἢ μ' | Ἐχρῆν προβαίνειν, ἰνόμεν δι' ἄστεος.

XLIII Sed in hoc trochaico senario (liceat ita loqui) duo observanda sunt; nusquam anapaestum, ne in primo quidem loco, admitti; deinde necessario semper requiri caesuram penthemimerim. Una tantummodo ab hac regula exceptio apud Tragicos exstat. Nam versus Iph. A. 1395. 1401. aperte mendosi sunt; Aeschyli locum Pers. 164. sanum esse sibi persuasisse Dawesium pag. 20. vehementer miror. Lege,

Ταῦτά μοι μέριμν' ἀφραστος ἔστιν ἐν Φρεσὶν διπλῇ.

Non solum enim in Trochaici Tragici caesura non dissecari potest verbum compositum, quale ἀφραστος, sed ne articulus quidem, nec praepositio quartum pedem terminare. Leviter corruptus Iph. A. 1391. et leviter corrigendum τὰσδ' pro τὰς. Sed regulam, quam supra de pausa tradidi, religiosissime servant, ita ut nullam exceptionem me observasse meminerim praeterquam Hel. 1648. ἀφίστασθ'. Detracta litera, lege

Ὅτι περ ἢ δίκη κελεύει μ'. ἀλλ' ἀφίστασ' ἐκποδῶν.

Postquam igitur breviter monuero, caesuram uno tantum in loco, Philoct. 1402. violari,

Εἰ δὲ δεῖ, στείχωμεν, ὥ γυναιῶν εἰρηκῶς ἔπος,

quem corruptum esse cum non dubitem, medicis sanandum commendo, ad anapaestos accedam.

Sed antequam ulterius pergo, tirones rogatos volo, ut discrimen versuum Tragicorum et Comicorum paullo diligentius animadvertant. Tragici scilicet, si quid veri in iis, quae modo disputavi, inest, anapaestum, nisi in primo senarii sede, et nominibus propriis, rarissime vel nunquam adhibebant; rarissime versus caesura carentes scripsere; XLIV rarissime, si unquam, spondeum in quinto loco inter duo verba hypermonosyllaba divisere, dactylum certe in eodem quinto pede nunquam posuere. Sed haec omnia Comici libentissime sibi in senariis permisere; et horum pleraque in Trochaicis. In illis nempe caesuram neglexere; quintum pedem in trochaico senario aut dactylum faciebant, aut, si spondeus esset, pro arbitrio distribuebant.

Κατάβα, κατάβα, κατάβα | κατάβα, καταβήσομαι.

Δούλον γενέσθαι παραφρονούντος | δεσπότου.

Πυθοίμεθ' ἂν τὸν χρησμὸν ἡμῶν | ὅ, τι νοεῖ.

Μηδ' ἐνὶ | ἔνν νῶ, τότ' ἢ βρον | τῶμεν ἢ ψεπάξομεν.

Πλειῆστα γὰρ | Θεῶν ἀπάντων ὠφελοῦσαις | τὴν πόλιν.

Εἴτα τὸν | Θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην | Παφλαγόνα.

Sed rarissima omnium sunt exempla, ubi quintus pes dactylus sit; quaedam tamen non dubiae fidei, ut,

Ἄλλὰ μὰ Δί' | Οὐ ραδίως οὕτως ἂν αὐτοὺς διέφυ-
γες.

Οὔτε γὰρ | Ναυαγός, ἂν μὴ γῆς λάβηται Φερό-
μενος.

et pauca alia. Ubi tamen aut MSS. ope, aut solenni mutatione dactylus tolli potest, inde tollatur oportet. Recte Bentleius in Nub. 575. πρόσχετε pro προσέχετε reponit.

Ω· προφῶτατοι θεαταί, δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε.

Scribendumne sit πρόσχετε an πρόσσχετε, alias fortasse disquiram. Sed insurgit Brunckius Addend. ad Nub. 916. aitque, „pedem tribrachyn ante syllabam catalecticam tetrametrum trochaicum admittere.“ XLV Verum sane hoc; non tamen ideo admittendus est iste pes, si tuto vitari potest. Sed quaestionis statum non intellexit Vir doctissimus. Dicere debuerat, „pedem dactylum ante finalem iambum tetrametrum trochaicum admittere.“ Et hoc, ut dixi, aliquando faciunt Comici, sed pudenter et raro; tribrachyn vero ante finalem tetrametri trochaici iambum non solum Comici, sed etiam Tragicci admittunt.

Ἀνόστιος πέφυκας. ἄλλ' οὐ πατρίδος, ὥς σὺ, πολέ-
μος.

Μὴ θανεῖν· κλοπῇ δ' ἀφίγμαι, διαφυγεῖσα πολέμους.

Κάμὲ τοῦτ' ἑώρασε ταυτὸ, νῆ Δί', ὥστε καταγέ-
λων.

Τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χανεῖν ὁ Δημολογοκλέων.
'Αλλὰ χούτος ἕτερος. ἀλλ' οὗτος μὲν ἔστι Φιλο-
κλέους.

Sed hoc Tragici et Comici tetrametri trochaici com-
mune est, ut neuter usquam dactylum recipiat, ni-
si in proprio nomine, quod paucis ostendere operae
pretium fortasse fuerit. Ut tamen chartae et tempo-
ri parcam, loca adscribam, prout legi debent.

Νῆ Δί', ἐξάγων γε τ' ἀπόβροθ', ἄμ' ἄρτον καὶ
κρέας.

Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτα-
τοι.

Οὗτος ὃν γ' ἐγὼ ποτ' εἶδον, ἀντὶ μήλου καὶ βοῶς.

Sic pro ὄντιν' habent secunda Juntina et Suidae v.
'Αμυνίας editio Kusteriana. Suidas Med. et Ald. ὄν,
prope verum.

*Ἡσθα γὰρ μέγιστον ἡμῖν κέρδος, ὃ ποθουμένη.

Τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως διὰ τὸ γελᾶν κρίνειν ἐμέ.

Quod ad anapaestos attinet, satis notum est,
dimetros frequentissimum esse genus; monometrum
tamen aliquando interponi, legitimum vero systema XLVI
semper versu paroemiaco, qui dicitur, ex tribus
pedibus et syllaba composito claudi. Dactylum et
spondeum creberrime pro anapaesto adhibent; sed
rarissime proceleusmaticum; rarissime etiam dacty-

lo anapaestum subjiciunt. Sicubi hiatum Tragici relinquant, tum vocalem vel diphthongum necessario corripunt, ut, *μοῦσα καὶ ἡμῖν, λείπεται ὑμῶν*. Med. 1081. Troad. 603. Metra sive dipodiae tum maxime numerosos versus efficiunt, cum in integras voces desinunt, praeterquam in versu catalectico, qui tum maxime auribus placebit, cum hexametri dactylici finem constituet. Nonnunquam vero et is dactylum admittit in primo loco, ut, *Οὐκ ἀπόμουςεν τὸ γυναικῶν*.

Accuratissime plerumque dimetrorum anapaesticorum leges servant Comici; interdum, sed raro, Aristophanes duo versus confudit, Vesp. 750. interdum, sed in proprio nomine, *Γλαυκῆτη* dactylum fecit Pac. 1008. Sed ut vere loquar, haec materia tam copiosa, in tot partes diffusa est, ut facilius initium, quam exitum inveniatur oratio. Unam igitur Anapaestorum partem illustrare conabor, scilicet Aristophanicorum.

Anapaesticus Aristophanicus constat duobus dimetris Anapaesticis, quorum unus est alteri catalecticus.

Ἄλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς, —
— Σοφὸν, ᾧ νικήσετε τηνδί.

In tribus prioribus locis praeter anapaestum et spondeum dactylo utuntur; quod et in quinto licet; in quarto et sexto non licet. Caesuram non minus accurate servant, quam Tragici Trochaici; paucissi-

mae certe exceptiones hodie occurrunt; quae enim olim exstabant, maximam partem MSS. et Critices ope sublatae sunt. Unum et alterum exemplum dabo, in quibus adhuc mendum haerere videatur. Av, 601.

Τῶν ἀργυρίων· οὗτοι γὰρ ἴσασι· λέγουσι δέ τοι τάδε πάντες.

Brunckius conjicit, οὗτοι γὰρ ἴσασι· εἴ γε λέγουσιν τάδε πάντες. Malim, ὥστε, quod frequens est in conclusione, ut supra 485, 488, 596. Nub. 613.

Vesp. 566. Κἄν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεθα, τὰ παιδάρια εὐθὺς ἀνέλκει.

Recte Brunckius γε addidisse videtur, cujus usus exempla aliquot modo attuli. Sed ἀναπειθώμεθα, quod ille corrigit, dactylum relinquit in quarta sede, quem tamen facillime tolles, reponendo ἀναπεισθώμεν, τὰ γε π. Sed alii hujus generis versus sunt, qui in hanc legem peccant. De iis quos quidem observavi, mox videbo, Interim de caesura loquamur, Ach. 645.

Ὅστις παρεκινδύνευεν Ἀθηναίοις εἰπεῖν τὰ δίκαια.

Etiam in hoc versu constituendo leviter erravit Brunckius. Corrigit enim:

Ὅστις παρεκινδύνευσε λέγειν ἐν Ἀθηναίοις.

Nihil opus *εἰπεῖν* mutare, sed in locum suum repone-
re, et legere,

“Ὅστις γ’ εἰπεῖν παρεκινδύνευσ’ ἐν Ἀθηναίοις τὰ
δίκαια.

Attici post *ὅς* et *ὅστις* particulam eam emphaseos
XLVIII gratia addere solent, cui quodammodo respondet
Latinorum *quine*. Ran. 751. πῶς γὰρ οὐχὶ γεννά-
δας, “Ὅστις γε πίνειν οἶδε; vide et 1215. Thesm.
895. “Ὅστις γε τολμᾷς σῆμα — Paullo tamen antea
omnes fere editiones habent, “Ὅστις ἀκούσας —,
ubi tacite “Ὅστις γ’ edidit Brunckius. Eadem phra-
sis paullo corruptior lateret in eadem fabula 713. Δει-
νὰ δὴθ’ ὅστις γ’ ἔχει μου ἑαυπάσας τὸ παιδίον.
Vulgo ὅτι γ’, MS. Rav. ὅτιήγ’. Pherecrates apud
Schol. ad Pac. 748. “Ὅστις αὐτοῖς παρέδωκε τέχνην
μεγάλην ἐξοικοδομήσας. Lege ὅστις γ’ et παρέδωκε.
Verba sunt Aeschyli de se loquentis eodem fere mo-
do, quo loquitur apud Aristophanem Ran. 1045.
et seq.

Praeterea observandum est caesuram eadem lege
teneri, quam de tragico trochaico dixi; ut scilicet
ne fiat in praepositione vel articulo. Atque haec re-
gula non saepe, ne a librariis quidem, violatur.

Nub. 371. Νῆ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γε τοι τῷ | νυνὶ
λόγῳ εὖ προσέφυσας.

Ran. 1058. Εἴτα διδάξας τοὺς Πέρσας μετὰ | τοῦτ’
ἐπιθυμεῖν ἐδίδαξα.

Ach. 636. Πρώτερον δ’ ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἀπὸ | τῶν
πόλεων ἐξαπατῶντες.

Horum exemplorum primum longe numerosius fore, si secundam versus partem ita legemus, τῷ νῦν λό-
γω εἰ προσέφυσας, nemo inficiabitur. Τῷ νῦν λό-
γω habet Suidas, sed, si hunc locum respexit, male
interpretatur ποίω. Utcunque hoc sit, revocanda
est particula, quae cum parum necessaria librariis
visa esset, haud mirum si elapsa est,

Νῆ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γε τοι δὴ | τῷ νῦν λόγῳ XLIX
εἰ προσέφυσας.

Ut in Ran. 1079. Ὡστε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβα-
λεν. Νῆ τὸν Δία, τοῦτό γε τοι δὴ. In Eq. 784.
similem errorem notandi occasio mox veniet,

In Ran. 1058. Brunckius, εἶτα μετὰ τοῦτο (vel
codicum ταῦτα) tautologum esse causatus, in κατὰ
ταῦτ' mutat. Nihilo magis tautologum, Vir prae-
stantissime, quam εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις Nub. 971.
et similia. Nihilo magis tautologum quam Av. 811.
Εἶτα τοῖς θεοῖς θῦσαι ΜΕΤΑ ΤΟΥΤΟ, aut illud
Philemonis apud Stobaeum p. 395. ed. Grot. ΕΠΕΙ-
ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΤΤ' εὐθὺς εὐρέθη θανών. Sosipater
Athenaei IX. p. 378. Β. ΕΠΕΙΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΤΤ'
εὐθὺς ἀρχιτεκτονεῖν. Sed sive μετὰ τοῦτο legis, si-
ve κατὰ ταυτὰ, numeri sunt pessimi, quod et
ipse Brunckius in simili versu Ach. 636. sensit. Ar-
ticulum τοὺς omittunt tres MSS. quos ipse contuli,
neque dubito quin cum iis conspirent alii. Ergo le-
gendum,

Εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ ταῦτ', ἐπιθυμεῖν ἐξεδί-
δαξαι.

Fortius est hoc, quam simplex *ἐδίδαξα*. deinde melius junguntur *διδάξας ἐξεδίδαξα*. porro hoc ipsum mendum paullo ante corrumpit caesuram versus 1051, quem ex MSS. restituere editores.

In Acharnensium versu aliquid turbatum esse vidit, quo erat aurium sensu, Kusterus, cui hac tenus assentitur Brunckius, ut fateatur concinniores fore numeros, si legatur, *Πρότερον δ' ἀπὸ τῶν πόλεων ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἐ*. Sed concinniores etiam
 L fient, transpositione leniori: *Πρότερον δ' ὑμᾶς ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ π. ἐ*. In eadem versus sede mox occurrunt *ἐν ταῖς πόλεσιν*, *ἐκ τῶν πόλεων*, Plut. 567. Ran. 1042. *ἐν ταῖς πόλεσιν*, Vesp. 655. *ἀπὸ τῶν πόλεων*.

Proceleusmaticum ab hoc anapaestico semper excludendum esse, jamdudum monui in Appendice ad Toupium. Et ubicunque tolli potest tantilla mutatione, quanta est *πρόσχετε* pro *προσέχετε*, quis tollendum negabit, nisi qui digitos solos, non aurem, consulat? In Vesp. 1010, codex Brunckii *πρόσχετε* obtulit, sed neglexit ille. Quod magis miror in eo, qui Nub. 980. optime e MSS. *Διπρωδῶ* restituerit. Sic etiam dixere Attici *Δίφιλος*, non *Δίφιλος*.

Sed praeter loca jam memorata, dactylum in caesura habent sequentia. Nub. 325. Vesp. 349. 396. 671. Quorum secundus et quartus facillime expedientur; primus et tertius majorem attentionem postulant,

Ἔστιν ὁπῇ δῆδ' ἥτιν' αὖ ἐνδοθεν | οἷός τ' εἷης διο-
ρύξαι.

Οἱ δὲ ξύμμαχοι, ὡς ᾔσθοντό γε | τὸν μὲν σύρφακα
τὸν ἄλλον.

Lege in illo, vocibus transpositis, οἷός τ' ἐνδοθεν εἷης δ. In altero ineptum istud γε omittit Ravenas. Genuinam verbi formam ᾔσθηνται conservavit Suidas v. Λαγαρίζομενον, v. Τραγαλίζοντα, et diserte in Ἡσθηνται. Hac forma saepe utitur Plato; utitur Tragicus Rhes. 673. Euripides Orest. 1583. (1566.) Troad. 639. Etiam in Bacch. 605. restituendum ᾔσθησθε, non ᾔσθεσθε. Quod ad Vesp. 306, attinet,

Αὐτὸν εἴπας. ὦ μικροῦτατε | τί ποιεῖς; οὐ μὲν κα-
ταβήσεις

is eo nomine praeterea vitiosus est, quod anapaestum dactylo statim subjicit. Id in hoc versuum genere non licere supra innui. Exempla, quae ex emendatione in contrariam partem afferri possunt, nihil ad rem faciunt. Eximenda igitur numero Vesp. 568. Av. 520, editionis Brunckianae. Eximenda etiam loca, ubi βοῖδαρίω occurrit, quippe qui pes choriambus sit. Av. 586. Fragm. apud Ammonium v. Χολαίδες. Cum enim semper Attici contracte dicant βοῖδιον, νοῖδιον, ροῖδιον, διπλαῖδιον, ἡμιδιπλαῖδιον, προχοῖδιον, ut pluribus ostendit Piersonus ad Moerlin p. 276. consequens est, ut contracte quoque secunda diminutiva dicant, Quare, sublati punctis, in posterum legamus,

Μὴ, πρὶν γ' αὖ ἐγὼ τῷ βοιδαρῶ τῷ μὲν πρώτιστ'
ἀποδῶμαι.

*Η βοιδαρῶν τις ἀπέκτεινε ζεῦγος, χολίκων ἐπι-
θυμῶν.

Nec major difficultas fragmento Babyloniorum inest,
quod citat Harpocratio v, Ἐπιβάτης.

Εὐγ' ἐξεκολύμβησεν ἐπιβάτης, ὡς ἐξόλσων ἐπι-
γυον.

Si quis cum Brunckio de metrica ultimae vocis quan-
titate dubitat; is cum Harpocratiois MSS. Mediceo
et Galeano legere potest ἐπίγειον. Sed altera vox
penultimam proculdubio producit, cum sit contracta
ex ἐπιγύαιον. Adde articulum, et integerrimum
anapaesticum habebis.

Εὐγ' ἐξεκολύμβησ' οὐπιβάτης, ὡς ἐξόλσων ἐπίγυον.

In Pac. 732.

*Ην ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἰπόμεν, χῶσα τε νοῦς
αὐτὸς ἔχει,

LII (sic Ald. et ambae Juntinae.) ex uno MS. edidit
Brunckius λόγον et ἔχει γε. Verum particula eo lo-
co inepta prorsus est et inutilis. Pro χῶσα τε νοῦς,
quae scribere non poterat Atticus, si χῶσα γ' ὁ
νοῦς rescribes, alio modo versus finem constituere
necesse erit, quam fecit Brunckius. Alter ejus co-
dex et Ravennas pro secunda versus parte tantum-

modo ὅσα τε νοῦς ἔχει. Gravissimum profecto huic versui jam a multis saeculis vulnus impressum est; si vero priorum verborum sanitatem defendes, ordinem modo mutabis, ὁδὸν ἣν ἔχομεν, et numeri optime constabunt.

Verum hoc quoque versu, prout vulgatur, relicto, longe immodulatiores esset is, si ullo modo tolerari posset, qui dactylum Ionico a minori in fine praepositum haberet. Duo tamen hujusmodi monstra peperit fecunda librariorum inscitia.

Plut. 510. Εἰ γὰρ ὁ Πλούτος βλέψει πάλιν, διανεί-
μει τ' ἴσον ἑαυτόν.

Av. 491. Σκυτῆς, βαλανῆς, ἀλφिताμοιβοί, τορνευ-
ταςπιδολυροπηγοί.

Irascor tarditati Virorum doctorum, praecipue Kusteri, qui in alio versu infra 583. vitium cognatum tam acute viderit et dextre sustulerit, hoc loco vitium levissimum omnino praeterviderit. Irascor codici Ravennati, qui toties quidem alias mihi mea praeripuerit, nunc vero eandem lectionem, quam e Suida me Comico redditurum putabam, impudenter sibi arrogarit.

Εἰ γὰρ ὁ Πλούτος βλέψει πάλιν, διανείμειν τ' ἴσον
αὐτόν.

Σκυτῆς, βαλανῆς, ἀλφिताμοιβοί, τορνευτολυρασπι-
δοπηγοί.

Erravit igitur Dawesius, cum in Nub. 325. conjecit, LIII

Ὡς αὐ καθαρῶ, Παρὰ τὴν εἴσοδον. Ἡδὴ νῦν μόλις
ὄρῳ αὐτάς.

addens, „Versus quidem ita emendatus non est inter maxime numerosos, Sed est tamen legitimus,“ Deinde hanc sententiam quodammodo mitigat, corrigendo, Ἡδὴ ὄρῳ νῦν μόλις αὐτάς. Sed illud αὐτάς incommode additur, dum haec verba Strepsiaes loquitur, qui versus initio non addiderit. Superscriptum pro interpretatione in uno MS. vidi; in textu quidem habet MS. Ravennas, sed idem contra sensum ὄρῳ omittit. Quod habet MSS. fere dimidia pars, αἰθρῶ probant Kusterus et alii; in textum intulit Brunckius, διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη. Sed feliciter hoc compositum restituit Thesm. 665, Praeterea metro coactus εἴσοδον scribit, quod nunquam apud Comicos, ut neque quicquam aliud nomen ab εἰς compositum reperitur. Rarissime omnino, et vereor, ne in locis tantum mendosis, εἰς ante vocalem usurpant. At μόλις αἰθρῶ, praeterquam quod licenter priorem producit, cum Dawesio opinor non dici posse pro μόλις ὄρῳ. Bentleius contra tempora, si non contra metrum, εἰώρων. Quid igitur hoc versu faciendum? Primo varias lectiones videamus. Olim vulgatae editiones, ἤδη νῦν μόλις ὄρῳ. MSS. quidam pro νῦν habent νῦν καί, alii νυνί, in quibus quatuor, quos ipse inspexi; αἰθρῶ pro ὄρῳ multi; utroque omissa Ravennas, ἤδη νυνὶ μόλις αὐτάς. Equidem, si quis ex dissensu Codicum arguat, hunc locum jam ante eorum aetatem foede corruptum fuisse et veritatem in puteo latere, non vehementer negem. Sin quis e MSS. vestigiis quid eliciendum

oenseam, requirat, respondebo, me totam sententiam Socrati continuare malle et legere, ΣΩ. Νυνὶ μάλ' αἰθεῶν βλέπε πρὸς τὴν εἴσοδον ἤδη. Νῦν γὰρ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς — In quo addidi βλέπε v. 322. Βλέπε νῦν δευρὶ πρὸς τὴν Πάργνηθα. Jocus est Comicis antiquis solennis, ut actorem personae quam agit, oblivisci faciant, et de theatro aut spectatoribus, quasi imprudentem, loqui. Εἴσοδος autem est ea theatri pars, qua Chorus scenam intrat. Vide Av. 297. et Schol. Ergo Socrates, Strepsiade querente se Nubes non videre, respondet, *Nunc tandem quam maxime oculos contende et ad Theatri introitum specta; nunc enim tandem eas vides.* Μάλ' αἰθεῖν dicitur, ut μάλ' ἀπαυδαῖν et μάλα δαίνυσθαι Ran. 372. 888. Denique πρὸς τὴν εἴσοδον accurate respondet verbis praecedentibus; πρὸς τὴν Πάργνηθα. E duobus optimae notae MSS. a me collatis, πρὸς adoptavi pro παρὰ, quam varietatem a nullo codice adhuc enotatam esse profecto mirum.

Ad Vesp. 396. redeo,

Αὐτὸν δῆσας. ὦ μιαινώτατε, τί ποιεῖς; οὐ μὴ κα-
ταβήσῃ.

Notaram quaedam exempla, sed hodie non sunt in promptu, ubi ἄνδρες omittitur, et quaedam, ubi superlativa pro positivis substituuntur. Memini tantum in Lysistr. 616. ἄνθρωποι habere plerasque editiones, ἄνδρες Brunckianam ex MSS. neutrum Suidam v. Ἐπαποδυάμεθα. Idem Suidas in Plut. 1026. pro Φίλ' ἄνερ habet Φίλτατ' ἄνερ, quod male ad

788. refert Brunckius. Jam, credo, lector, ipse per te suspicaris, me legere velle, ὦ μίᾳρ' ἀνδρῶν. Et recte suspicaris. Eodem modo dixit Theocritus
 LV Φίλ' ἀνδρῶν, Callimachus πρῆξι γυναικῶν. Eodem modo saepius dixit Aristophanes ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, qui et ὦ μιᾶρώτατ' ἀνθρώπων Ran. 1520. denique ὦ σχέτλι' ἀνδρῶν in eadem anapaestici sede Ran. 1081.

Unum in tironum gratiam verbum addere libet. Nemo nescit, dissolutos pedes hoc versuum genus amare, ut scilicet, si commodè fieri possit, singulae dipodiae integris verbis absolvantur. Sed hanc regulam, quam nimii laboris esset constanter servare, non raro negligebant, ut Plut. 519. 570. 584. Hoc tamen cavebant, ne, si secundus pes dactylus esset, tertius spondeus, ultima dactyli syllaba iambicam vocem aut bacchiacam inchoaret. Quod sane ab aure admonitus, bene notavit Brunckius ad Eccl. 514. Εὐμβούλοισιν ἀπάσαις | ὑμῖν, et corrigit πᾶσαις. Rectissime vulgatur Nub. 400. Ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεὼν βάλλει. Omittit γε Demetrius, unde si quis praeferret, Ἀλλὰ νεὼν τὸν αὐτοῦ | βάλλει, versum efficeret, qualem neque scripsit Comicus quisquam, neque scribere potuit. Eq. 505. Ἡνάγκασεν ἔπη | λέγοντάς γ' | εἰς τὸ θ. π. Et hunc locum viginti fere abhinc annis emendandum monui ex argumento ad Nubes. Ἡνάγκασεν λέγοντας ἔπη πρὸς τὸ θ. π. Eq. 784. Τοῦτό γε τοῦργον αἰληθῶς | ἔστιν. Veteres editiones omnes omittunt ἔστιν et post γε addunt σου. Ex Aemilii Porti editione casu excidit σου, Kusterus, neque MSS. neque

editionibus inspectis, ἔστιν intrusit, quod et Brunckius retinuit. At quid facilius, quam particulam pene sensui necessariam, ad metrum complendum adjicere? Vide supra p. XLIX.

Τοῦτό γε τοί σου τοῦργον ἀληθῶς γενναῖον καὶ
Φιλόδημον.

MS. Ravennas satis corrupte, sed ita ut hanc correctionem stabiliat, Τοῦτό γε τοί τ' ἀληθῶς αὐ τοῦργον γ. κ. φ. LVI

Licentia, quae maxime in Aristophanico anapaestico conspicitur, est ea, qua vocalis longa vel diphthongus ante vocalem corripitur, ut χερσίου ὄντος Plut. 528. Alteram licentiam, qua ob mutam et liquidam producitur syllaba, rarissime admittunt, idque partim ex necessitate, partim cum alios poetas vel citant vel imitantur. Cum igitur primam syllabam in ὑγρᾶν producit Aristophanes, Nub. 334, Dithyrambos ridet; cum Homeri verba usurpat, Homericum metro utitur, Nub. 400. Καὶ Σούνιον ἀκρον Ἀθηνέων. Vesp. 650. Ἀτὰρ, ὦ πατέρ ἡμέτερε Κρονώδη. Ubi non „anapaestorum licentia,“ ut putat Brunckius, sed quod Homeri verba sunt, producitur ultima pronominis syllaba. Male etiam casu edit Brunckius ἀλλά pro ἀτὰρ, quem secutus est Invernizius. Nec dubito quin in Nub. 319. Vesp. 676. Tragicorum aliquem, Euripidem opinor, ob oculos habuerit. Ex necessitate vero hujusmodi syllabas producunt Comici, cum nomina propria non aliter in versu stare possunt. Ideo Καβείρινα et Κυπεργένεια primas producunt Ay. 554. Lysistr. 551.

Corollarii instar duo exempla hujus metri addam, ut adolescentium ingenia ad talia animadvertenda, si possim, excitem. Eorum prius ita exstat in Hesychio. Παλινδορία τὸ σκῦτος. Πλάτων Συρφακι καὶ Μωμοθήρα. παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ καταθήσω. Unde titulus fabulae Platonicae, Μωμοθήρας, in Meursii Bibliothecam Atticam immigravit. Sed hoc e Marci Musuri liberalitate provenit.

LVII MS. enim Venetus, teste Schowio, cui hoc nomine plurimum debemus, Πλάτων συρφακίσαι, μωμοχθήραι παλινδορία π. α. κ. Παλινδορία est corium solito crassius et durius, quod calceis usu detritis suppingitur. Lege igitur, Πλάτων Σύρφακι.

Σὲ μὲν, ὦ μοχθῆρῃ, παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ καταθήσω.

Vides versum rotundissimum; fabula ista Momothera procul ablegata.

Scholiastes Pindari ad verba ista Olymp. VI. 152. Βοιωτίαν ὕν, observat, sues vocatos olim Λοεotos, et praeter alium Pindari locum, Cratini hoc testimonium adducit,

Οὔτοι δ' εἰσὶν σοβοιωτικὸν πεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Gatakerus nostras, Vir longe doctissimus, sub illo πεζοφόρον latere vidit κρουπεζοφόρον, quod e Polluce VII. 87. sagaciter reposuit. Verba Pollucis, ut jam emendata sunt, apponam. Κρουπεζοφόρους δ' εἶπε τοὺς Βοιωτοὺς Κρατῖνος, διὰ τὰ ἐν αὐλητικῇ κρούματα. Hinc Gatakerus elicit, Οὔτοι δ' εἰσὶν ὑοβοιωτικοὶ κρουπεζοφόρων γένος ἀνδρῶν. Sed quis non optavit Criticos primores aliquando ad minutias paullo magis attendisse? Si Vir summus ceteris suis eximiis

dotibus mediocrem metrorum peritiam addidisset, statim vidisset, illud κρου in praecedenti verbo latere, neque opus esse legi κρουπεζοφόρων, sed verum ita esse constituendum:

Οὗτοι δ' εἰσὶν Συοβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Hesychius. Συοβοιωτοί οἱ Βοιωτοί σύες [ἐκαλοῦντο.]
 Photius Lex. MS. Συοβοιωτοί. σύες γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ
 πάλαι Βοιωτοί. Hunc ipsum Cratini locum uterque LVIII
 respexit. Idem verbum iterum usurpasse videtur
 Cratinus apud Scholiasten Aristophanis Pac. 740. Ὑπὸ
 δὲ Ἡρακλέους πεινῶντος ἄγειν καὶ ταῦτα σκώπτων-
 τος, οὐ Βοιωτὸν ἐστίν. Neque verba neque metrum
 satis expedire possum. Sed illud video, pro οὐ Βοιω-
 τὸν legendum συοβοιωτῶν.

(F) Hanc notam cur apposuerim, nescio. Ita-
 que deleatur.

(G) Qui generales quasdam vel grammaticas vel
 metricas ab antiquis scriptoribus regulas constanter
 observatas contendunt, ii uno maximo incommodo la-
 borant, cum ad objectiones refellendas ventum est.
 Saepe enim fit, ut editorum negligentia varias lectio-
 nes omiserit, adeoque veri vestigia, quantum in ipsis
 fuerat, suppresserit. Quare si in quibusdam locis
 corrigendis erravi, veniam facile me impetraturum
 spero, maxime gavisurus, si MSS. vel Grammatici
 meliora meis subministrabunt. Καὶ μοι τοῦτο τὸ ἔπος
 ἔχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. Satis igitur erat in Sophocl.
 Aj. 524. vulgatae lectioni controversiam e Suida mo-
 visse. Postea duorum Parisiensium Suidae codicum
 collationem nactus sum, quorum unus habet cum

Euripid. Person. I.

e

principibus editionibus, Οὐκ ἂν γένοιθ' οὗτος εὐγεν-
 νῆς ἀνὴρ, alter (Kusteri scilicet MS. A.) Οὐπὼς γέ-
 νοιτ' ἂν οὗτος εὐγενῆς ἀνὴρ. Sed cum ex Augusta-
 no codice Hermannus Praef. ad Hec. p. 65. proru-
 lerit, Οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος, (unde depravata
 videri possit edd. Med. Ald. et unius MS. Par. le-
 ctio) non equidem intercedam, quo minus hoc ado-
 ptes. Sic in Aeschilo Suppl. 800. veterum editio-
 num lectionem indicare contentus, nihil ultra quae-
 rebam. Male repetitam alioqui particulam δὲ fore
 qui culparent, praevidere poteram, sed a proposito
 digredi nolebam. Illa δὲ adversativa est, et idem
 fere valet quod ἀλλά, Sensus est, *Utinam mihi
 sedes esset in aethere, sed sedes ejusmodi, ubi
 nubes aquosae in nivem vertuntur*, nempe ne Deo-
 rum vitam optare videretur, his verbis Chorus vo-
 tum suum temperat. Si tamen particula omnino eji-
 cienda esset, versus ita corrigi deberet, Πρὸς ὃν
 χιῶν ὑδρὲλαί γίγνεται νέφη.

Haec habui, Adolescentes optimi, quae de
 communibus metrorum generibus traderem. Ea si
 quid vobis fructus aut voluptatis afferent, me, quan-
 tum laboris insumserim, non poenitebit.

N. B. Numerus in summo paginae, qui titu-
 lum sequitur, indicat quotus sit in Musgraviana edi-
 tione primus istius paginae versus.



Ε Κ Α Β Η.

Euripid. Porson. 1.

A

ΤΠΟΘΕΣΙΣ ΕΚΑΒΗΣ.

Μετὰ τὴν Ἰλίου πολιορκίαν οἱ μὲν Ἕλληνες εἰς τὴν Ἀντιπύρην Τρηάδας Χερῶν ἤβησαν καθωρμίσθησαν. Ἀχιλλεὺς δὲ ἑκτὸς δρεθίει, σφαγῆναι ἤξει μίαν τῶν Πριάμου θυγατρῶν. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες τιμῶντες τὸν ἥρωα, Πολυξένην, ἀποσπάσαντες Ἑκάβης, ἐσφαγίσαν. Πολυμήστῳ δὲ, ὁ τῶν Θρᾷκων βασιλεὺς, ἵνα τῶν Πριάμιδων Πολύδωρον κατέσφαξεν· εἰλήφει δὲ τοῦτον παρὰ τοῦ Πριάμου ὁ Πολυμήστῳ εἰς παρακκατὰν μετὰ χρημάτων. ἄλωσης δὲ τῆς πόλεως, κατασχὼν αὐτοῦ βουλευμένοι τὸν πλοῦτον, φονεύειν ᾤκησαν, καὶ φιλίας δυστυχῶς ὠλιγόωρσεν. ἐκρίφεντος δὲ τοῦ σώματος εἰς τὴν θάλασσαν, τὸ κλυδώνιον πρὸς τὰς τῶν αἰχμαλωτῶν σκητὰς αὐτὸν ἐξέβαλεν. Ἑκάβη δὲ τὸν νεκρὸν θρασυμένη ἐπέγνω· κοινωσαμένη δὲ τὴν γνώμην Ἀγαμέμνονι, Πολυμήστορα σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ ὡς ἐκυτὴν μετεπέμψατο, κρύπτουσα τὸ γεγονός, ὡς θησαυροὺς ἐν ἱλῷ μηνύσῃ αὐτῇ. παραγενομένου δὲ τοῦ μὲν υἱοῦ κατέσφαξεν· αὐτὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρησεν. ἐπὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων λέγουσα, τὸν κατήγορον ἐνίκησεν. ἐκρίθη γὰρ οὐκ ἄρχειν ἀμύτητος, ἀλλ' ἡμύνασθαι τὸν κατὰρξαντα.

Hoc argumentum e membranis edidit Brunckius; multo prolixius dederat Aldus.

**CODICUM INDEX, QUOS, AUT AB ALIIS AUT A
ME INSPECTOS, AD HANC FABULAM
ADHIBUI.**

- A.** MS. Par. 2712. quae sunt Brunckii membranae, a Musgravio, deinde diligentius a Brunckio, collatus.
- Aug. 1. 2. 3.** Augustani tres apud Hermannum. Quarti fragmentum continet tantum 17 versus, 1269 — 1285.
- B.** Variae lectiones e MS. notatae in Aldinae exemplaris margine, quod mecum communicavit Vir doctissimus et amicissimus, Carolus Burneijs junior.
- C.** MS. Collegii Corporis Christi apud Cantabrigienses, cujus usum mihi humanissime concessere Collegii ejus Magister et Socii.
- Cant.** Bibliothecae publicae Cantabrigiensis, notatus Mm. I. 11.
- Cott.** Excerpta e MS. quodam Cottoniano, Barnesianae margini in Bibliotheca Bodleiana adscripta.
- E.** Bibliothecae publicae Cantabrigiensis, notatus Nn. 3. 13.
- F.** Fragmentum Hecubae in eodem volumine, a versu 712 ad finem, cum E. plerumque consentiens.
- G.** Parisiensis, cujus lectiones quasdam enotavit amicus meus.
- H.** MS. Harleianus 5725. in Museo Britannico.
- J.** Harleianus 6300. ibidem.

K. Regiae Societatis codex recentior, Kingio optimus vocatus.

L. MS. Ayscough. 4952. in Museo Britannico.

M. N. duo exempla in eodem volumine Bibliothecae publicae Cantabrigiensis, notato Nn, 3. 14.

Mosq. 1. 2. 3. 4. MSS. quatuor Mosquenses apud Beckium.

P. vel Lib. P. liber impressus in Bibliotheca Parisiensi, cum MSS., collatus, unde varias lectiones exscripsit Musgravius.

R. Alter Regiae Societatis codex.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΣ ΕΙΔΩΛΟΝ.

ΕΚΑΒΗ.

ΧΟΡΟΣ *αἰχμαλωτῶν γυναικῶν.*

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ΤΑΛΕΥΒΙΟΣ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ *καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ.*

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.

Ἦκω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπῶν, ἣν Ἄιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
Πολύδωρος, Ἐκάβης παῖς γεγώς τῆς Κισσέως,

I. Locum hunc liberius 15. Aldi enim editio *Θεαρίων*,
vertit Poëta apud Ciceronem *de* &.) Totum distichon in
Tusc. I. 16. *Adsum atque ad-* usus suos convertit Menippus
venio Acheronite vix via alta in Luciani Necyomantia; fin-
asque ardua. Inter loca tragi- gens se ab inferis rediisse.
corum, quae Aeschines pro Christi Patientis conditor, vul-
nunciando corruerit, hunc go dictus Gregorius Nazian-
recenset Demosthenes de Co- zenus, qui hanc fabulam raro
rona, p. 571. ed. Tayl. Aperte citat, hunc versum habet le-
ridet Aristophanes apud Athe- viter mutatum 1506. ut et
naeum XII. p. 551. B. καὶ τίς hunc cum sequenti 2021,
νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας 2022.

Ἔτλη καταθρεῖν; tectius vero
ibidem III. p. 112. F. Ἦκω
Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον Λιπῶν, ἣν ἔστι
κχιβάνων ἐδάλια. (Sic recte Tou-
pius Emend. ad Suid. P. I. p.

3. Dymantis, non Cisseos,
filiam Hecubam facit Home-
rus, II. II. 718. Sed Euripi-
dem sequitur Virgilius Aen. X.

Πριάμου τε πατρός· ὃς μ', ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν
 κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῶν, 5
 δείσας, ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονός
 Πολυμήστορος πρὸς δῶμα, Θρηκίου ξένου,
 ὃς τὴν ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
 σπείρει, Φίλιππον, λαὸν εὐθύνων δορί.
 πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρα 10
 πατὴρ, ἵν', εἴ ποτ' Ἴλιου τείχη πέσοι,
 τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.
 νεώτατος δ' ἦν Πριαμιδῶν· ὃ καὶ με γῆς
 ὑπεξέπεμψεν· οὔτε γὰρ φέρειν ὄπλα,
 οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦν νέω βραχίονι. 15
 ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρεθ' ἔκειθ' ὀρίσματα,
 πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός,
 Ἐκτωρ τ' ἀδελφὸς οὐμὸς ἠϋτύχει δορί,

705. Virgilium ceteri poëtae Latini.

7. Θρηκίου Ald. Θρηκίας 36.
 8. Aldus et codices χερσονησίαν et hic et infra 33. Ve-
 rum cum Tragici nunquam pro
 pro neque pro adhi-
 beant, alteram formam, prae-
 euntibus Brunckio et Beckio,
 reposui. Sic infra 274. ἦττον
 habet Aldus, licet idem mox
 326. ἦσαν recte fervet.

13. ὃ videtur cum Schol.
 Barocc. interpretandum, τὸ
 εἶναι νεώτατον. quae res scilicet.
 Alii pro δι' ὃ accipiunt. Litem

dirimeret MS. Harl. si ejus
 lectionem ἢ amplecteremur,
 quam etiam habent Cant. Aug.
 2. ὃ et ἄ Schol. in M. Non
 equidem inficias iverim, ὃ et
 ἄ pro δι' ὃ et δι' ἄ interdum po-
 ni, sed alterum hic longeme-
 lius, meo judicio. Suppl. 163.
 Εὐψυχίαν ἐσπευσας ἀντ' εὐβουλίας.
 Ὁ δὲ πολλοὺς ὤλεσε στρατηγίας.
 Ubi ὃ est τὸ σπεύδειν εὐψυχίαν
 ἀντ' εὐβουλίας. Iph. A. 469. γή-
 μας ὃ Πριάμου Πάρις, ὃς μ' εἰργα-
 σται τάδε. Optime Marklandus
 ὃ pro ὃς, id est, τὸ γῆμαι. Πά-

καλῶς παρ' ἀνδρὶ Θρηκί, πατρῷω ξένω,
 τροφαῖσιν, ὥς τις πτόρθος, ἠϋζόμην τάλας. 20
 ἐπεὶ δὲ Τροία θ', Ἑκτορός τ' ἀπόλλυται
 ψυχὴ, πατρῷα θ' ἐστία κατεσκάφη,
 αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτω πιτνεῖ,
 σφαγεῖς Ἀχιλλέως παῖδός ἐκ μαιφόνου,
 κτείνει με χρυσοῦ, τὸν ταλαίπωρον, χάριν 25
 ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' αἰλὰς
 μεθ' ἧχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.
 κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ,

20. Ex Homericō adumbratum, δ δ' ἀνέδραμεν ἐγνεῖ ἴσος. Trachin. 259. ἔρχεται πάλιν τὴν Εὐρυτείαν· τῆδε γὰρ μεταίτιον Μδ-

21. ἀπόλλυται habent Brunckii membranae, Codex in Bibl. publ. Cantab. a prima manu, (quem alias voco M.) Paullo diversa est forma, quae saepe alibi occurrit, et apud Isocratem Panathen. p. 273. A. B. τῆς δὲ ἡμετέρας ἐτι βασιλευσμένης, ἐφ' ᾧ καὶ πόλεμοι πλείστοι, καὶ κίνδυνοι μέγιστοι συνέβησαν. Hoc quoque imitati sunt Latini. Pacuvius Teucro apud Ciceronem de Oratore II. 46. Neque PATERNUM adspēctum es veritus, QUEM aetate exacta indigem Liberum lacerasti, orbasti, extinxisti.

23. αὐτός τε Aug. I, 2.

22. In adjectivo πατρῷα continetur substantivum πατὴρ, quo refertur αὐτός. Simillimum exemplum praebet Sophocles

28. ἄλλοτε eodem modo super primit Sophocles Trach. 11. Φοιτῶν ἐναργὲς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰδὼς Δράκων ἐλικτός· ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύται Βούπηγρος.

πολλοῖς διαύλοισι κυμάτων φερόμενος,
 ἄκλαυστος, ἄταφος· νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης 30
 Ἐκάβης αἶσσω, σῶμ' ἐρημώσας ἐμὸν,
 τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος,
 ὅσον περ ἐν γῇ τῇδε Χερσονησία
 μήτηρ ἐμὴ δύστηνος ἐκ Τροίας πάρεα.
 πάντες δ' Ἀχαιοὶ, ναῦς ἔχοντες, ἥσυχοι 35
 θάσσουσ', ἐπ' ἀκταῖς τῇσδε Θρηκίας χθονός.
 ὁ Πηλέως γὰρ παῖς, ὑπὲρ τύμβου φανείς,
 κατέσχ', Ἀχιλλεύς, πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικόν,
 πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην
 αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην 40

31. Cum αἶσσω plerumque nem, τριταῖαν ἡμέραν, usurpas-
 disyllabon sit apud Atticos se Arati Scholiasten ad Dio-
 Poëtas, ἀναίσσω praeferit Pier- sem. 57. p. 99. a. ed. Ox.
 sonus ad Moerin p. 301. Sed Hunc versum ob oculos ha-
 obstant duo loca Aeschyli bñit x. π. 1779. 2016.

Pers. 470. Ἡδ' ἀκόσμη ξὺν φυγῇ. 35. πάντες τ' Aug. 3.
 Euripidis Iph. Aul. 12. τί δὲ σὺ 38. 39. στράτευμ' εὐθύνοντας,
 σκηνῆς ἐκτὸς αἰσσεις. Potius igitur ut Julianus Or. I. p. 29. A.
 quam haec omnia mutemus, ἀκμήτας τὸ στράτευμα. Ubi vir
 quod facit Pierseus, licentiae summus, D. Petavius, aliud
 paullum poëtis concedamus. agens, ut interdum fit, ten-
 tat τοὺς στρατιώτας, ex altero

32. Mira locutio, τριταῖον
 φέγγος, prosimplici, τρίτον. Uno
 tamen exemplo se ipse Euri-
 pides defendit Hippol. 275.
 πᾶς δ' οὐ, τριταῖαν γ' οὐδ' αἶσιος
 ἡμέραν; Pro verbo „mira“ me-
 lius fortasse dixissem, „in-
 solita,“ Sed quis non jure
 miretur, hanc ipsam locutio-
 ti paruerunt ultimi editores.

τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.

καὶ τεύζεται τοῦδ', οὐδ' ἀδώρητος φίλων

ἔσται πρὸς ἀνδρῶν· ἡ πεπερωμένη δ' ἄγει

θανεῖν ἀδελφὴν τῷδ' ἐμῇ ἐν ἡματι.

δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρῷ κατόψεται

μήτηρ, ἐμοῦ τε, τῆς τε δυστήνου κόρης.

Φανήσομαι γὰρ, ὥς τάφου τλήμων τύχω,

δούλης ποδῶν πάροισιν ἐν κλυδωνίῳ·

τοὺς γὰρ κάτω σθένοντας ἐξητησάμην

τύμβου κυρῆσαι, κεῖς χέρας μητρὸς πεσεῖν.

τοῦμόν μὲν οὖν, ὅσον περ ἤθελον τυχεῖν,

ἔσται· γεραιᾷ δ' ἐκποδὼν χωρήσομαι

Ἐκάβη· περᾷ γὰρ ἦδ' ὑπὲρ σκηνὴν πόδα

45

50

41. λαβεῖν omnes, quantum Ille enim eam ἔλαβεν ἐξαίρετον sciam, Edd. et MSS. Mellius ta- Troad. 276. ut Casandram men videtur λαχεῖν. Λαχεῖν γέρας Agamemnon 251. Ceteri du- apud Homerum reperitur Il. Δ. ces sortiebantur.

49. Ω. 70. Poëta apud Por- 44. Sic Brunckius ex phyrrium de Abst. II. 58. ὅστις membr. quod numerosius cer- ελπίζει θεοὺς χαίρειν ἀπαρχαῖς καὶ te quam Ald. et vulg. τὴν ἐμὴν γέρας λαχεῖν τῷδε. Sophocles Aj. τῇδ' ἡμέρᾳ. Et sic primo ha- 825. Αἴθεσθαι δὲ σ' οὐ μακρὸν bebat Cant. nunc vulgatam e ΓΕΡΑΣ ΛΑΧΕΙΝ. Sic enim Aldus rasura.

et Edd. vett. et MSS. melio- 53. ἀπὸ pro ὑπὸ emendavit res. Quod habet in margine Kingius, quem temere secu- Florentina secunda 1547, λα- tus eram. Musgravius primo βεῖν, Triclinius recepit. Nec conjicit περ, deinde, cum, tamen negarim λαβεῖν γέρας be- ut ait, σκηνὴν habeant quidam MSS. ὑπὲρ σκηνὴν praefert, id esse, ut Neoptolemus Andro- est *ultra*, ut ὑπὲρ τέρεμνα Orest. machen ἔλαβε γέρας Androm. 1365, Quare nunc ex ejus 585. Sed hoc nihil ad rem. conjectura ὑπὲρ adsumsi, σκη-

Ἀγαμέμνωνος, φάντασμα δειμαίνουσ' ἐμόν.
 Φεῦ, ὦ μήτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
 δούλειον ἡμαρ εἶδες, ὡς πράσσεις κακῶς,
 ὅσον περ εὖ ποτ' ἀντισηκώσας δέ σε
 φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

55

ΕΚΑΒΗ.

ἄγετ', ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων,
 ἄγετ' ὀρθοῦσαι νῦν ὁμόδουλον,
 Τρωάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ' ἀνάσσαν·
 λάβετε, φέρετε, πέμπετ',
 αἰείρετέ μου δέμας,
 γεραιᾶς χειρὸς πρόσλαζύμεναι·
 καὶ γὰρ σκολιῶ σκίπωνι χειρὸς

60

65

νῦν ex Cant. M. N. licet et ση-
 νῆς defendi possit.

λας γὰρ εἴ τῃ πρόσθ' ἀνάσση τῇδε,
 νῦν δὲ δυστυχῇ.

55. Cum φεῦ, εἶεν, ἔα, et
 talia extra versum sunt, ple-
 nam pono distinctionem; cum
 partem versus faciunt, aut nul-
 lam aut minorem.

60. τὴν ὁμόδουλον νῦν Aldus et
 plerique MSS. Editores nuperi
 νῦν ejecerunt; sed cum νῦν et
 πρόσθε rectius opponantur, in-
 utilem articulum delere malui.
 Omittunt quidem νῦν Aug. 1.
 2. l. perperam, Infra 803. Τύραννος ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν δούλη
 σέθεν· Εὐπαις ποτ' οὔσα, νῦν δὲ
 γεραῖς, ἄπαις θ' ἄμα. Androm.
 65. ὦ φιλατὴ ξύνδουλε· σύνδου-

63. Ald. et MSS. quidam
 αἰείρατε. Omittunt μου δέμας B.
 δέμας Aug. 2, G. Mosq. 4. ed.
 King. Mox γεραῖς R. et Eu-
 stath. ad Il. B. p. 249, 39
 = 189, 19. sed numero-
 sius esset γεραῖας,

65. Solenni errore σκίπωνι
 Ald. et plerique MSS. Sed
 Aug. 2. Brunckii membr. C.
 R. Hesychius a Brunckio in-
 dicatus, et Eustathius ad Il.
 T. 1232, 39 = 1170, 48.
 Od. P. 1815, 11 = 624, 9.
 habent σκίπωνι. Locus Hesy-
 chii est: Σκίπων. βακτηρία, ῥά-

διερείδομένα, σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.

ὦ στεροπαὶ Διός, ὦ σκοτία νύξ,

τί ποτ' αἶρομαι ἔννουχος οὕτω

δείμασι, φάσμασιν; ὦ πότνια χθών,

70

μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,

ἀποπέμπομαι ἔννουχον ὄψιν,

ἂν περὶ παιδὸς ἐμοῦ, τοῦ σωζομένου κατὰ Θρήκην,

ἂμφι Πολυξείνης τε φίλης θυγάτρως, δι' ὀνείρων 75

εἶδον φόβεράν ὄψιν,

ἔμαθον, ἐδάην.

ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμὸν,

ὅς μόνος οἴκων, ἄγκυρ' ἄτ' ἐμῶν,

τὴν χιονώδη Θρήκην κατέχει,

80

β3ος. σκίπωνι χεῖρε. βακτηρία χει-
ρε. σκίπωνι Cant. et μ subscri-
ptum.

69. αἶρομ' Ald. αἶρομαι Harl.
et plures. αἰέρομαι alii. αἰωροῦμ'
Cott.

70. Melius somniorum ma-
ter Vox, quam Terra dicere-
tur. Vide igitur an transpo-
nendae sint clausulae, ὦ πότνια
χθών, ὦ σκοτία νύξ. Quanquam
enim vulgatam lectionem ci-
tant Scholiastes ad Aristopha-
nis Ran. 1366. Eustathius ad
Iliad. B. p. 173, 16 = 131,
23. Od. T. 1877, 53 = 713,
49. ipse tamen Aristophanes
aliter legisse videtur, ubi δὲ

στανον ὄνειρον — μελαίνης νυκτὸς
παῖδα vocat. Sed nihil mutan-
dum. Iph. T. 1271. νύχια χθών
ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων. In-
eptit Scholiastes, qui στεροπαὶ
Διός interpretatur *diei lux*, ut
scilicet antitheton extundat.

75. Sic edd. King. Br. pro
Πολυξείης.

76. εἶδον εἶδον γὰρ Ald.
sed duas voces auctoritate
membr. recidit brunckius.
εἶδον semel tantum M. N. a
m. pr. R. alii.

79. Vulgo ἄγκυρά τ', copula
ineleganter inserta. Reiskio
auctore, aliter distinxi. J.
habet ἄγκυρ' ἄτ', quod mihi

ξείνου πατρίου φυλακαῖσιν.

ἔσται τι νέον·

ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς.

οὔ ποτ' ἐμὰ φρενὶν ὧδ' ἀλίαςτος

85

Φρίσσει, ταρβεῖ·

ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχάν,

ἢ Κασάνδραν ἐσίδω, Τρωάδες,

ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;

εἶδον γὰρ βασιλὴν ἔλαφον λύκου αἵμονι χαλᾷ

90

σφαζομέναν, ἀπ' ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνάγκῃ,

quidem non placet. Sensus Κασάνδρας. Sed Helenum mor-
est; *Qui solus superstes familiae* tuum fingere in hac fabula vi-
meae quasi anchora ejus, *Thra-* detur Euripides. Nihil vero
ciam nivalem habizat. Huc per- opus est cum MSS. iisdem et
tinet, observante Viro docto, quibusdam aliis καὶ pro ἡ lege-
Suidae locus: χαλάσω τὴν ἱερὰν re. Recte enim infertur ver-
ἄγκυραν. ἄγκυρα μεταφορικῶς ἀπὸ bum plurale, -sive duo singu-
τῶν νηῶν, ἢ ἀσφάλεια. ὡς Σοφοκλῆς laria nomina conjunguntur, si-
ἐν Φαίδρα, καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἑκά- ve disjunguntur. Alcest. 367.
βη. Sophoclis locus est apud Κατῆλθον ἄν' καὶ μ' οὐθ' ὁ Πλούτω-
Brunck. Lexic. Soph. p. 47. νος κύων, Οὐθ' οὐπὶ κώπῃ ψυχο-
'Ἄλλ' εἰσὶ μητρί παῖδες ἄγκυραι βίου. πομπῆς ἄν' Χάρων ἔσχον.

[Cf. Heliodor. IV. c. 19. f. S.] 89. κρίνωσ' Ald. et MSS.

Mox πατρίου edidi, licet omnia Certe ego in nullo MS. vidi
exemplaria πατρίου habeant. κρίνωσιν.

Cum enim Attici πάτριος et πα- 91. ἀνάγκῃ ejicere vult Be-
τρῶος promiscue usurpent, cur ckius. Fortasse variae fuere
ad licentiam poëticam, nulla lectiones, ἀνάγκῃ, ἀνοίκτως.
necessitate cogente, provoce- Optime procederent omnia,
mus? Vide infra 1098. si sic legerentur: σπασθεῖσαν

88. Κασάνδραν dedit ex MSS. ἀνοίκτως· Καὶ τόδε δεῖμά μοι· ἥλθ'
Kingius; sic enim Cant. N. ὑπὲρ ἄκρας Τύμβου κορυφᾶς φάντασμ
et pro var. lect. M. Vulgo Ἀχιλλεύς·

οἰκτρῶς. καὶ τόδε δεῖμά μοι·
 ἦ λθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
 Φάντασμ' Ἀχιλέως·
 ἦ τει δὲ γέρας, τῶν πολυμόχθων
 τινὰ Τρωιάδων.
 ἀπ' ἐμᾶς οὖν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς
 πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.

95

Χ Ο Ρ Ο Σ.

Ἐκάβη, σπουδῇ πρὸς σ' ἐλιάσθην,
 τὰς δεσποσύνους σκηναὶς προλιπούσ',
 ἵν' ἐκληρώθην καὶ προσεταχθῇ
 δούλη, πόλεως ἀπελαυνομένη
 τῆς Ἰλιάδος, λόγχης αἰχμῇ
 δοριθήρατος πρὸς Ἀχαιῶν·
 οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ',
 ἀλλ' ἀγγελίας βάρος ἀραμένα
 μέγα, σοί τε, γύναι, κήρυξ ἀχέων.
 ἐν γὰρ Ἀχαιῶν πλήρει ξυνόδῳ
 λέγεται δοῖσαι, σὴν παῖδ' Ἀχιλεῖ

160

105

110

94. ἦ λθ' membr. J. ἦ λυθ' Ald. λαυνομένη hic ex Aldina repo-

101. δεσποσύνας ed. Brunck. sui, Ἑλλάνων infra 119, et ἀνάγκη

103. In anapaestis neque 1285, ex Harl.

nunquam neque semper Dorica dialecto utuntur Tragici. N. varietate in his compositionibus usitata.

MSS. consentiunt, communem 107. αἰρεμένη pro var. lect. formam retinui; ubi codex C. in textu Aug. 2.

unus aut alter Dorismum habet, Dorismum restitui. ἡπε- 110. Ἀχιλλεῖ Ald. ut et 130 Ἀχιλλείας, 143 Ὀδυσσεύς, et

σφάγιον θέσθαι· τύμβου δ' ἐπιβάς
οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη ξὺν ὄπλοις,
τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας,
λαίφῃ προτόνοις ἐπερείδομένας,
τάδε θωύσσω·

115

ποῖ δὴ, Δαναοί, τὸν ἐμὸν τύμβον
στέλλεσθ' ἀγέραςτον ἀφέντες;
πολλῆς δ' ἔριδος ξυνέπαισε κλύδων,

mendosius supra 95 Ἀχιλλῆος. αὐθις — Aj. 1273 — 1283. Et
Cum simplici λ hic et 95. ha- ne quis putet in loco e Vespis
bet C. et 130. Mosq. I. ὅτ' pro ὅτι poni, discat vocalem

112. Omnes MSS. et edd. in ὅτι nunquam a Comicis elidi.
vett. magno consensu ὅτε. Pri- Quod saepe monuit ad Aristo-
mus ὅτι conjecit Canterus, phanem Brunckius. Homer.
quod probavit Musgravius, in Od. π. 424. Ἡ οὐκ οἶσθ' ὅτε
textum intulerunt Brunckius, δεῦρο πατὴρ τεδὺ ἵκετο φεύγων;
Ammonius et Beckius. Parum In hac phrasi idem sunt, οἶδα,
recte. Plus enim est, si quis μέμνημαι, μνημονεύω. Athenaeus
